¶ Liber Theodoli cum commento nouiter Londoniis impressus.

prot.

Ἐὰν ᾖς φιλομαθής, ἔσῃ πολυμαθής.

3



Theodulus

K


BRITISH MUSEUM

Prohemium.

Ethiopum terras iam feruida torruit estas
In cancro solis dum voluitur aureus axis

Multi (scilicet magno et excellenti ingenio) viri ad presentis libelli expositionem se applicauerunt. vnde haud iniuria labor iste quem aggredior superuacuus atque superfluus videbitur dabo quidem operam quantum magis valuero quo minus superfluus ipse reperiar nec intendo quouismodo ab his que an alijs bene conscripta fuerunt ex arrogantia recedere. Scio namque (dicam te comico) nichil esse iam dictum: quod non sit dictum prius: quare equum est et nos cognoscere atque ignorare que factitarunt veteres sic faciunt noui. Erit ergo modus procedendi talis. quia primo premittitur textualis sententia. deinde si opus fuerit amplior materie determinatio. et dicetur vnde originaliter sumpsit exordium. Demum literalis constructio. et terminorum gramaticalium expositio. non euagando aliquo modo extra materiam allegando alias fabulas vel historias. quia ex talibus in se honestissimis quidem philosophus liber totus contexitur. Et ne a communi et approbato inchoandi modo recedatur. vidende sunt cause operis et aliqua alia ad intellectum pleniorem conferentia. Causa igitur materialis est multitudo historiarum biblie. et figmentorum poetarum hic positorum vel causa materialis siue subiectum est victoria veritatis supra falsitatem. quia circa illud variatur totum opus. Causa formalis est duplex. scilicet forma tractandi que est modus agendi erratiuus probatiuus confutatiuus. Et forma tractatus que est diuisio libri per partes principales. et illarum subdiuisio per particulas. Causa efficiens est pene ignota. dicunt tamen aliqui quod theodolus ipsum composuit. Alij dicunt quod iohannes crisostomus doctor theologus eminentis scientie. Alij dicunt aliter sed super hoc non est curandum multum. Et ego credo quod theodolus non sit proprium nomen actoris: sed nomen nouiter inuentum et fictum secundum proprietatem rei et materie. sicut in comedijs dauus. quasi dans vana. Causa finalis est vt videantur qualiter a pseudo predicatoribus et peruersis hominibus veritas ipsa sepe criminetur: tamen ipsa vincit falsitatem. Ex quo patet vtilitas operis. hortamur enim in isto libello amare veritatem et fugere falsitatem et mendacium et credere quod falsitas a veritate superatur. Ideo dicit hieronymus. Uos nobiles aut ignobiles hec est conditio veritatis: vt eam semper inimicitie persequantur. sicut per adulationem pernitiose amicitie consequuntur. Et chrisostomus super Matheum. Non solum proditor veritatis est qui mendacium pro veritate loquitur: sed qui non libere pronunciat veritatem quam pronunciare oportet. Intentio etiam patet ex eodem. Tytulus est talis. Incipit liber vel egloga theodoli. Et iste titulus innuit quod theodolus sit nomen actoris. Uel dicatur sic. Incipit theodolus. vt theodolus sit nomen huius egloge. sicut eunuchus nomen vnius comedie. sicut etiam tragedie proprijs nominibus notantur. sicut etiam intitulatur quelibet egloga virgilij. Dicitur autem theodolus a theos quod est deus. et dolus doli quia in hac egloga agitur de veritate que ipsemet deus est. Deus enim est prima veritas. et de dolo. id est falsitate. Et pro latiori declaratione sciendum est quod Egloga dicitur esse vana descriptio buccolicorum.. et est materia humilis mores predicans per introductionem rusticarum personarum. vt pastorum. Et dicitur ab egle quod est capra. et logos sermo quasi sermo caprinus. id est humilis. vel quia capris et talibus ruralibus possessionibus talis sermo sumitur. Et glose communes solent hic distinguere tria genera eglogarum. sed non videtur michi salua reuerentie autoris quod illa distinctio sit bene posita. aut consona dictis poetarum. ideo eam omitto. Ulterius considerandum quod inter omnes eglogas et virgilij et francisci petrarche et aliorum priorum egloga videtur esse honestior et fructuosior et maiori artificio composita. et grauioribus sententijs plena. ideo merito vsque habet quod eam addiscant iuuenes. Et composuit autor ad similitudinem vnius virgiliane que incipit. Dic michi damoeta cuium pecus. Et hic recte idem ordo et modus procedendi obseruatur. Etiam hic seruat autor legem amabei carminis. sicut ibi. Pro quo sciendum quod amabeum carmen sic dictum est ab inuentore. dicitur autem id in quo introducuntur persone altercantes. Et prima eius pars pro libito incipit. secunda vero plus semper et maius vel contrarium aliquid dicit. Unde Seruius sic diffinit carmen amabeum. quod est quotiens qui canunt equali numero versuum vtuntur: et ita se habet responsio. vt aut maius aut contrarium aliquid dicat. Unde hic introducuntur tres persone. scilicet Pseustis Alithia et Fronesis. Per pseustim intelligimus falsitatem. quia pseudo est falsus propheta vel predicator. Per alithiam intelligimus veritatem (vt dicunt aliqui) et dicitur de alo alis. et theos quod est deus. Et per fronesim intelligitur sapientia vel prudentia. Et pro isto aduertendum est quod per pseustim possumus intelligere synagogam siue dyabolum. vel tempus ante tempus gratie. Per alithiam ecclesiam xpianorum: cuius caput est xps. et vicarius eius et minister est papa. vel intelligimus filium dei vel tempus gratie. quia lex noua vicit cerimonialia et figuras veteris legis. et xps vicit dyabolum et infernum spoliauit. et tempus gratie dedit. quod est tempus aliud a tempore legis antique. sicut magis theologie declarandum esset. Et ex hoc patet fructus qui latet sub hac egloga et qualiter intelligi potest. Patet etiam quid intelligatur per personas introductas sicut in Uirg. per Dametam Menalcam et Palemonem alie persone

intelliguntur. ¶ Iste liber supponitur vel subalternatur theologice scie/quātū ad moralē partē ipsius: vel potius ethice/hoc est morali phie. qr mores nr̄os cōponit ⁊ instruit. Istis premissis descēdo ad textū. ¶ Sciēdū est φ prima diuisio textus diuiditur in duas ptes principales. In phemiū.s.vel exordiū/⁊ in narrationē vel tractatum. Scda ibi. Primus cretheis ⁊c. Et ista alias subdiuiditur. Prima q̄ incipit. Ethiopū terras. diuiditur in duas ptes. Prime describitur tēpus in quo facta est disputatio ista vel altercatio inter pseustim ⁊ alithiā. Scdo describit statū disputationē ⁊ modū vtriusq̄. Scda ibi. Cōpuleratq̄ suas. Et anteq̄ lr̄a exponatur pmittendū est vnū qd dicit Brito in sua summa theologice.s. φ sacra scriptura quatuor modis exponitur: scilz historice/allegorice/anagogice ⁊ tropologice. historia vt dicit Isidorus primo ethimolo. est narratio rei geste per quā ea q̄ in pterito facta sunt cognoscuntur. Allegoria est tropus quo aliud significatur q̄ dicat. Itē donat⁹ in barbarismo. Unde allegoria est de vno ad aliud sermonis transsumptio. Et dr ab aleos qd est alienū/et gore dictio vel locutio/qr aliud dr ⁊ aliud intelligitur. Uñ allegoria multis modis sumitur. Qñq̄ a psona vt ysaac sigt xp̄m. Qñq̄ a re q̄ nō est psona: vt aries occisus sigt carnē xp̄i passam. Qñq̄ a loco/vt xp̄s pdicaturus ascēdit in mōtē/vbi eminētiā loci sigt sapiam eius eloquētiā vel excellētiā. Qñq̄ a numero vt apprehēdēt septē mulieres virū vnū.i.septē dona grārū. Qñq̄ a tpe/vt nō sit fuga vr̄a in hyeme.i. in gelicidio caritatis. Qñq̄ a negocio vel a facto/vt interfectio golie a dauid/interfectionē dyaboli a xp̄o significat. ¶ Anagogia (sicut dicitur in plogo eiusdē) est allegorie. sed drñ est/qr allegoria est mysticus sensus ptinēs ad militantē ecclesiā. Anagogia vero est mysticus sensus ptinēs ad triūphantē ecclesiā. Unde anagogia est locutio de terrenis: q̄ per terrena dat intelligere sup celestia: vt in illis verbis apli. hierl'm q̄ sursum est mater nr̄a. Et dr ab ana qd est sursum/⁊ gogos ductio. ¶ Tropologia est sermo cōuersus ad edificationē aīe ⁊ morū bonorū iformationē. Et dr a tropos qd est cōuersio/⁊ logos sermo. Sicut cū dr φ per hoc φ dauid interfecit goliā: intelligit φ hūilitas deiecit supbiā/⁊ sapia vincit fortitudinē. Et vt quatuor pdicta breuiter cōphēdas hystoria docet factū tropologia faciendū/allegoria credendū vel intelligendū/anagogia apparendū: exm̄. in hac dictione hierl'm. historice enī nomē est cuiusdā ciuitatis tropologice typ⁹ est aīe fidelis. allegorice figure est eccl'ie militātis/anagogice typū gerit eccl'ie triumphātis. Ideo ista pmittūtur vt sciatur φ aliqñ text⁹ erit exponēdus hystorice/aliqñ allegorice/⁊ sic de aliis. Quib⁹ pmissis insistendū est ad expositionē textus. ¶ Dicit ergo φ xp̄s (in quo pmo cepit esse disputatio inter veritatē ⁊ falsitatē) fuit tp̄s estiuū q̄ adurit terre ethiopū pter excessiuū feruorē in mense iulij: in quo solis aureus axis dr volui ⁊ moueri in cācro signo celesti. Ista est textualis sn̄ia in qua opz mysticū sensum latētē sub cortice. Et pōt esse duplex. Primus est estus ⁊ feruor pctōrū effecerat hoīes nigros sicut ethiopes ⁊ denigratos vitijs ⁊ sceleribus/qñ aureus.i. diuinus/axis.i. solis/hoc est fili⁹ dei (q̄ est sol ver⁹ iusticie) volut⁹ est in vtero ꝟginali per incarnationē. Scds sensus est iste feruor tpis tribulationū ⁊ psecutionū iā labefactus vulnerauerat ⁊ cruciauerat fideles qñ caro xp̄i pciosa ⁊ aurea dignata est volui ⁊ cōuersari in hoc mūdo retrogrado gradiendi retro a veritatis tramite. ¶ Construe. Estas feruida ⁊ calida/torruit.i. torruerat/iam terras.i. regiones/⁊ patriā ethiopū.i. illorū populorū/dū aureus axis.i. splēdidus ⁊ lucidus ad modū aurei solis (q̄ est planetarū lucidissimus) voluit.i. mouet in cācro.i. in hoc signo celesti (vl' ly solis pōt cōstrui cū ly cācro) Et sic pz ex dictis qd per estatē debeamus intelligere/vel potius qd per ethiopes/qd per solē/⁊ qd per cācrū/ideo cōstruēdo illud nō repetit. ¶ Circa istā lr̄am est aduertendū φ actor nr̄ vtitur hic quadā figura q̄ dr cronographia (q̄ interptat tpis descriptio) sicut poete frequēter tpa describūt. Uñ est illud. Cronographia solet certū describere temp⁹ Itē qñ exponit torruit.i. torruerat: ponit tēpus pro tpe. Et est alia figura locutionis q̄ dr antithesis. Iuxta illud. Sepius audiui tp̄s pro tpe poni ⁊c. Itē scdm aliquos qñ dr text⁹ aureus axis solis est synecdoche locutiōis/qr ibi per axē solis intelligit ipse sol: q̄ in singulis mensibus signa peragrat ⁊ mouetur in eis. Et qualiter hoc itelligit videat in tractatu de sphera: qr illud declarare hic esset friuolū ⁊ supflua/⁊ mittere falcē in messem alienā/qr hic sum tm̄mō poeta hystoricus ⁊ grāmatic⁹. Et sic ergo in hoc textu ponit ps pro toto: iuxta illud Si ptē sumas pro toto vel viceuersa. Synecdochen facies ⁊c. Postremo isistēdū est aliqualiter expositiōe grāmaticali singulorū terminorū istorū pmorū versuū: licet in sequētib⁹ textib⁹ ita possent termini declarari: sed qñ hoc esset nimis plixū: ideo tm̄mō tāgā difficiliores dictiōes de quib⁹ ⁊ etiā de alijs (si latius videre q̄s voluerit) videat Papiā/hug/Butonē/Catholicon/breuiloquiū: ⁊ similes. ¶ Ethiopū/hic et hec ethiops nomē gētile: deriuat ab ethiopia. vñ dr hug. Ethiopes dicti sūt a filio cayn: q̄ vocat' est thus a quo origmē traxerūt. Thus ei hebraica ligua ethiops interptat. In ethiopi⁹/a/ū. ⁊ ethiopic⁹/ca/cum. Uñ

ethiopia interpretatur tenebre. ¶ Terra dicitur a tero teris. quia assidue teritur. vel a torreo (vt dicit catholicō) quia siccitate torret. vel dicitur quasi rastris trita. ⁊ est ethimologia. Et inde dicitur terreus/a/um. de terra existens. ⁊ terrenus/a/um. ⁊ terrestris/is/e. ⁊ terrosus/a/um. Et appellatur terra arida ad distinctionē. quia naturalis sua proprietas est siccitas (vt dicitur. ij. de generatione) Alia multa catholicon dicit. ¶ Jam aduerbiū est tēporis ⁊ cōponitur etiam iamiam iamq3. vt Ebrardus. Feruidus/a/um. i. calidus/a/um. ⁊ inde feruiditas. ⁊ dicitur a ferueo/es. ⁊ significat bulire. squalere. calefieri. estuare. et dicitur ferueo quasi flos habeo. per ethimologiam. Priscianus dicit q᷑ ferueo ⁊ feruo habent idē preteritum. scilicet ferui. Inde feruor. ⁊ habet composita efferbeo vel efferueo/deferueo/conferueo. ⁊ ab eo dicūtur inchoatiua. ¶ Torreo/es/rui/tostum. i. vrere/assare/siccare/cremare/vel vertere siue voluere. Juxta illud. Qui torret voluit/siccat/cremat/assat ⁊ vrit. Item catholicon. inde torrēs/tis. corusco/scis. Torris/ris. i. titio/onis. anglice (a fyre bronde) ignitus stipes. a quo torriculus. inde torridus. a/ū. ¶ Estas ab estu. ⁊ est calida ⁊ sicca pars anni. Et sunt quattuor partes. iuxta illud computi. Uer petro detur ⁊c̄. Unde catholicō. Dat clemens hyemem. dat petrus ver cathedratus. Estuat vrbanus. autūnat bartholomeus. Inde estacula diminutiuum. ⁊ estifer. ⁊ estiuus/a/um. ¶ Cancer equiuocū est. vt dt̄ Ebrardus. hic accipitur cancer pro signo zodiaci. vnde Papias. Cancer est quartum signū dictus quia cum sol ad eum venerit retrograditur in modum cancri. Unde catholicō. Est animal signum cancer vicium q3 malignum. Cancer canceris morbus. cancer cancri stella q᷑ piscis. De isto signo latius tractatur in de spera ⁊ de alijs. ¶ Sol planeta lucidissimus: quia solus luceat. Inde solaris dicitur solanus ⁊ subsolanus. inde solsticium ⁊ solequium. Uoluo notū est. inde volubilis ⁊ habet multa cōposita. aduolo cōuoluo reuoluo ⁊c̄. Inde voluto/as. frequentatiuum. ¶ Aureus/a/um. est illud quod est totū de auro. Aurū dicitur ab aura secūdum britonem. ⁊ aureus quod in superficie tantum. ⁊ dicitur de auro auras. inde auricalcum. ⁊ aurithonius qui habet aureos capillos. ¶ Axis celi est septemtrionalis linea recta per mediam pilam sphere. secundū Papiam. ⁊ sumitur pro parte rote. ⁊ est masculini gn̄is

Compuleratq3 suas tylie sub amena capellas
Natus ab athenis pastor cognomine pseustis
Pellis panthere cui corpus texit vtrumq3
Discolor ⁊ rigidas perflauit fistula buccas
Emittens sonitum per mille foramina vocum

¶ Jsta est secunda pars huius prologi. que diuiditur in tres partes. Primo describitur status pseustis gestis ⁊ labor. Secundo status alithie. vbi ostēdit q᷑ alithia excellebat in istis pseustim. Tertio in hoc pseustis indignatus increpat alithiam ⁊ eam ad certamen ⁊ disputationē prouocat. Secunda ibi. Ad fontē iuxta. Tertia ibi. Nō tulerat pseustis. Dicit ergo in prima parte litteraliter q᷑ pastor quidam atheniensis natione. dictus pseustis cognomine. congregauit capellas suas sub arbore tylie amena ⁊ delectabili. cuius pastoris corpus coopertum erat pelle panthere animalis variorū colorum. ⁊ vehementer cum fistula resonabat emittēdo varios sonitus per foramina fistule. ¶ Intelligitur sic q᷑ pseustis. i. diabolus vel falsitas. natus ab athenis ciuitate grecie (in qua grecia semper fuerunt dolosi ⁊ cauti homies. iuxta illud virgilij. ij. eneidos. de vlixe. Jlle dolis instructus ⁊ arte pelasga. i. greca. ⁊ illud aut nulla putaris dona carere dolis danaum. i. grecorū) Jste ergo pseustis cōgregauerat homines vitijs fetidos ⁊ infectos sicut capre fetide sunt sub amenitate ⁊ delectabilitate huius mundi. q᷑ bene cōparatur tylie arbori infructuose. quia quicquid est in mūdo. aut est cōcupiscentia carnis. aut superbia vite. vt dicit scriptura. Induebatur pelle panthere discoloris. i. habebat animum habituatum in diuersis fallatijs. ⁊ tunc fistulatio istius fecit inflatas buccas rigidas. hoc est dulcedo apparens suarum blandiciarū fecit hoīes inflatos superbia. ⁊ rigidos per obstinationem in peccatis. Et ille pseustis mittebat predicationes suas falsas per mille diuersitates fraudū. immo per infinitas quibus alliciebat auditores ⁊ illectos decipiebat. deceptos superbos faciebat. ⁊ superbos obstinatos in malicia in gehennam detrudebat ⁊ conducebat. vbi nullus ordo ⁊c̄. ¶ Cōstrue. q᷑ pro et pseustis. i. ille vir falsus natus ab athenis (athene nomen ciuitatis est in grecia) vbi primo fuit hec alma parisieñ. vniuersitas. de qua ciuitate romam trāslata est. de roma parisius situata. vbi (cōcedēte iesu xp̄o) vsq3 ad seculi finem ab ea gallorum regnū celeberrimū ⁊ xp̄ianissimū dicet

et florebit) et dr ab a quod est sine & thanatos qd est mors. Pastor cognomine qr nō erat verus sed mercenarius. sicut sunt multi pastores nr̄i tp̄is tm̄ cognomine et nō vero noīe. quia aiam suam non ponūt p ouibus suis. Cōpulerat. i. aggregauerat. Dicit enī cōpellere quasi simul in vnū pellere. suas capellas. i. paruas capras. et est diminutiuū a capra. sub amena. & tenetur neutraliter. i. sub delectationes et oblectamina. tylie. arboris inutilis. cui. s. pseusti. pellis discolor pāthere. illi⁹ aīalis colorati diuersis coloribus. ideo dr a pan qd est totum. et etheron varium. texit. i. cooperuit. vtrūq corpus. i. corp⁹ et aiam. vel. i. vtrāq partē corporis. hoc est mēbra et partes xp̄i. et fistula. tale instrumētū musicū. pflauit buccas rigidas. i. flauit per buccas rigidas. i. per duo labia. vel p ora eius. Et hic est hypalage figura. qr agēs ponitur p patiente. ideo intelligit sic. i. bucce rigide pflauerūt fistulā. iuxta illud. Si dicat agēs patiens res vel viceuersa. Fiet hypalagiū. &c. fistula inq emittēs sonitū p mille foramina vocum. Ponitur hic nūerus finitus pro nūero infinito. ¶ Decetero vt opus breui⁹ fiat. exponendo textū. notabo difficultates textuales in quolibet verbo. et vbi expedit dictionum deriuationes. vbi distincti⁹ poni possunt. Unde amenū dicitur ab a quod est sine. & mene defectus. Natus de nascor. Pascor a pascendo. Cognomē quasi cognat nois nomē. Pseustis. i. falsitas. inde pseudo. i. falsus. & pseudo ppheta. panthera est epyceni gener. Alio modo dr panther. Corpus dr quasi cordis opus. i. custodia vel dr a corrūpendo. Utrūq de vtra/um. qd idē est sicut quis/que/qd. Discolor componit de dis et color/oris. & est gn̄is communis. Rigidas de rigeo/ges. Fistula a phonos sonus. Emittens. i. extra mittens. a mitto/tis. Sonitū de sono/nas. Mille nomē nūerale & idecinabile. bn̄ repit milia declin. Foramina dr a foro as. Uox de voco as. inde vocalis. inde vocifero as. Sed quia ista sunt satis clara: licet sint vtilissia tacebo talia. quia si taliter omnia dicēda ponerentur: opus esset nimis magnū et fastidiosum.

Ad fontem iuxta pascebat oues alithia
Uirgo decora nimis dauid de semine regis
Cuius habens cytharam fluuij percussit ad vndam
Subsisterat fluuius tanta dulcedine captus
Auscultando quasi modulantis carmina plectri
Ipseq balantum grex obliuiscitur esum.

¶ Ista est scd̄a particula in qua describitur stat⁹ et gestus alithie. et ostendit excellētia ei⁹ sup pseustim. vn̄ inuidia pseustis in eā cōflauit. Dicit ergo sic textualiter. Alithia virgo pulcherrima de genere dauid regis orta. custodiebat gregē ouiū iuxta fontē. et gerebat cytharā dauid. cū qua tā melodiose ludebat vt fluuius melodia cythare sisterat cursum suū. quasi auscultādo carmina melodiosa que per eā in illa cythara canebant. & ideo ita dulcit canebat q etiā grex suus omnē cibū pre dulcedine melodie negligebat. ¶ Exponendo et applicando p alithiā intelligimus ecclesiam vel veritatē. vt sic dicat q ecclesia vel vera predicatio pascebat oues suas: hoc est fideles xp̄ianos simplices simplicitate colūbina & mites cibo sp̄ūali. quia nō ex solo pane viuit hō: sed ex oī verbo qd pcedit ex ore dei. Et erat iuxta fontem. scz baptismi. quia tunc cepit esse gratia. Tunc autē diuina lege et euangelica instruebantur simplices per apostolos. et ita ecclesia erat nimis pulchra. sicut in canticis cāticorū clare et pulchre ponit. Et ista descendit de genere dauid. quia xp̄s fuit natus de semine dauid scd̄m carnē. Et dicebatur habere cytharā dauid. hoc est psalteriū vel alia pcepta & documenta salubria prophetarum. et cum hac cythara percussit ad vndam. hoc est ad populū predicādo nouā legē. vt vetus lex dimitteret. Et tūc popul⁹ audiens dulcedinē & sanctitatē et mysteria istius legis substitit nec pcessit vlterius in veterē legē. cognoscēs hanc esse legē sanctā et tenēdā. Et tunc grex fideliū dimisit esū seculariū voluptatū. et cessauit a peccatis et coluit deū incarnatū. Manifestū est q hic et vbiq tangunt multe et ardue materie theologice quas non oportet hic tractare. sed sufficit celeri pede qētū sufficit ad propositū trāsire. ¶ Con. Alithia virgo nimis. i. multū decora et pulchra. pascebat. i. nutriebat. reficiebat oues ad fontē iuxta scz locū in quo erat pseustis. & per hoc ostendit q bon⁹ pastor dz eē prope gregē suum (quod est contra prelatos. qui dimissis ouibus ad secularium principum curias venīūt lucri pompe et honoris causa. vbi tn̄ principes ipsos non que recta sunt facere: sed etiam ad nephanda et magna pctā instruunt & dirigunt (ista dico de semine. i. de ge=

nere dauid regis (de quo inferius dicetur) cuius scilicet dauid. habes cytharā pcussit ad vndā. i. aquā fluuij. fluuius captus tanta dulcedine quāta est sonitus cythare subsisterat. i. arrestauerat vel quietus manserat. quasi auscultādo carmina. i. cātilenas et dictamina plectri id est lyre modulantis. i. dulciter et secūdū melodiosos musice modulos resonātis. qz pro et ipse grex. i. cōgregatio paruorum animaliū (ideo sequitur) balantū. i. ouiū (a balo as. quod significat clamare. et pertinet ad oues. sicut grunire ad porcos) obliuiscitur esum. i. cibū vel cōmestionē (et dicitur ab edo es est).

Non tulerat pseustis: sed motus felle doloris
Litoris alterius proclamat ab aggere tutus
Cur alithia canis rebus stultissima mutis
Si iuuat vt vincas mecum certare potestas
Fistula nostra tuum si vincas cedat in vsum
Victa dabis cytharam. legem coeamus in equam

¶ Ista est tertia particula q̄ diuiditur. Primo pseustis indignati et inuidētis ponitur puocatio. qua alithiā puocat ad certādū secū pignore posito qz victor lucraretur. Scdo ponit prudēs alithie rn̄sio et puocatiōis exauditio. Scda ibi. Illa refert. Primo dr sic litteraliter Dū vidit pseustis alithiā pascentē dulciter et modeste reficiētē suū gregē. et vidit etiam gregem attentissimū ad carmina eius. ipse nō potuit amplius irā suā continere: sed ipse irat⁹ et illi inuidens: ab aggere et littore suo clamare cepit dicens. Quare imprudētissima alithia cōsumis laborē tuū inutiliter canēdo corā brutis mutis et insensatis reb⁹. volo (si placet) tecum certare. et si me deuiceris: habebis fistulā nostrā qua vti poteris pro libito. Sin autē supra te victoriā habuero. habeam tuā cytharam. Et idcirco nunc congregemur et incipiamus decertare et disputare. ¶ Cōtinuādo intellectū iam pretactū. Postqz vidit dyabolus xpianos velle parere ecclesie. cōmotus inuidia existens longe distās a veritate clamare cepit. O ecclesia tu debes reputari stultissima. ex quo operationē meā deseris. quare p̄dicas rebus mutis. hoc est xpianis. muti videntur respectu pphetarum vel garrulitatū philosophorum gentilium. naturaliter tantū sapientum et carnaliter. Vel mutis. hoc est stultis et ignaris. quia a secta mea recedūt. Si vis me expellere et meam legem destruere. disputemus inter nos et si victoriam habueris: michi subditi tibi obedient et econtra. ¶ Construc. Pseustis non tulerat. i. pati nō potuerat quoniam inuideret. sed ipse motus. i. cōmotus felle. i. amaritudie doloris. proclamat. i. procul exclamat. tutus ab aggere. Agger (vt dicit brito scdm Papiam) est strues. congeries. moles. mōticulus. et dr ab aggregādo vel est cuiuslibet rei aceruatio. vnde fosse et valles possunt repleri. et scdm hug. dicitur ab aggero/ras. i. adunare vel accumulare (alterius littoris) O alithia stultissima. cur. i. quare canis. i. predicas rebus mutis. i. hominibus ignaris et stolidis (qui te audiunt) Si iuuat. i. si placet vel delectat. vt vincas mecū. potestas (est tibi data) certare. i. disputare mecū. Fistula nostra cedat. i. accedat vel veniat. in tuum vsum. si vincas me. et tu victa a me. dabis michi cytharaz tuā. ergo coeamus vel congregemur et subeamus in equam legem. i. in equū certamē. posito pignore (a quolibet).

Illa refert nec dicta mouent: nec premia mulcent
Ne tua nunc adeo/qz vulnere mordeor vno
Quo res cunctqz cadit/nisi testis sedulus assit
Si victus fueris non me vixisse fateris

¶ Ista est scda particula q̄ sic diuidit. Primo alithia certamen admittit et pseustim exaudit. Scdo ipsa iudicē cepit et elegit. Scda ibi. Sed quia mutari. Primo dicit. O pseustis ego nō multū moueor propter verba tua. qz nec tua dicta. nec te reputo vel timeo. nec tua munera vel pignora me ad certādū alliciūt. sed retrahor ab hoc actu. et actū differo. qz nullus est q̄ tāqz testis vel iudex idone⁹ litē nr̄am terminare posset vel audire. qz liceret tibi negare a me deuictū (si vict⁹ fueris) ¶ Aduertendū qz per hoc qd dicit hic. Nec dicta nec premia etc. datur documentū qz iudex nō dz esse acceptator psonarum. nec placari prece vel precio.

Juxta illud Esopi. Non erat acumē iudicis. Unde dicit Augu. in quodā sermone. Absit dn̄e vt in tabernaculo tuo pro pauperibus accipiantur persone diuitū: aut pro ignobilibus no=biles qui potius infima mundi elegisti vt fortia queqꝫ confunderes. Et vt in libro Deut. dr̄. Deus est magnus potens ⁊ terribilis. qui personā nō accipit nec munera. ¶ Cōsiderādum est circa textū ꝙ sicut dicit hieronymus de summo bono. Testis falsidicus tribus personis obnoxius. Primo deo quem periurādo cōtēnit. Secundo iudici quē mentiendo fallit. Tertio innocenti quē falsus testis ledit. Ideo bene dicit hic sedulus. Multa de proprietatibus iudicū ⁊ testium dicunt iuriste. ¶ Cōstrue. Illa. s. alithia refert. i. rn̄det. nec tua dicta. i. ver=ba mouēt me ad irā nec tua premia (que ꝓponis) mulcēt. i. mitigāt. fallūt. alliciūt. adeo. id est intātū. ꝙꝫ. i. inquātū. ego mordeor. i. crucior ⁊ torqueor. vno vulnere. vno scrupulo. ⁊ vna punctione. Si text⁹ habet ꝙ vulnere. tūc ly adeo ponitur pro certe. quo res cūqꝫ. i. quocūqꝫ res (hic est figura q̄ dicitur themesis: que habet fieri qn̄ dictio diuiditur ⁊ inter partes eius alia dictio interponitur iuxta illud. Dat themesis binas in partes dictio secta) qr ocūqꝫ lo=co res cadit. i. euētus iudicij tētat. nisi testis sedulus. i. iustus diligens. rectus quasi sine do=lo. assit. i. p̄ns sit. si fueris victus. a me. nō fateris. i. fateberis (tēpus pro tp̄e) me vixisse te ⁊c̄.

Sed quia mutari nescit sententia veri
En adaquare gregem simul ⁊ releuare calorem
Nostra venit fronesis sedeat pro iudice nobis

¶ In hac parte alithia iudicē eligit fronesim. Et diuiditur in duas partes. Primo fronesis eligitur vt causā et litem decidat ⁊ terminet. secundo excusatione premissa onus iudicis si=bi fronesis assumit. secūda ibi. Tūc mater ⁊c̄. Prima in duas. Primo alithia fronesim tāqꝫ iudicē noīat. Secūdo pseustis eā acceptat. scd̄a ibi. Pseustis ad hec. Primo dicit alithia. qr oportet nos habere iudicē ⁊ quia veritas nō potest vinci vel mutari. ecce video fronesim q̄ adducit gregē suū ad aquā ad refrigerandū ⁊ bibendū seu potandū. ipsa sit iudex nr̄. et cō=promittamus in eā. ⁊ arbitretur ipsa pro libito ⁊ arbitrio terminet litē nr̄am. Et ex isto te=xtu elicitur vna ꝓprietas boni iudicis. Debet eni bonus iudex esse prudens nā fronesis in=terpretatur sapiens vel sapiā. nec debet peruerti amore vel odio. vt dicitur in ꝓhemio rhetorice Aristo. Un̄. Judicis est recti nec munere nec prece flecti. Ipse eni debet esse tanqꝫ ius incarnatū. Et sicut lingua libere indifferēs inqꝫtū est ex se ad vtrāqꝫ partē. Et de ignorātia iudicis dicit August. li. xix. de ciuitate dei. Ignorātia iudicis plerūqꝫ est calamitas inocētis Glose cōes hic tractāt de ꝑsonis reqsitis ad iudiciū. sed istd nō est ꝓpositū. ideo. ¶ Cōstrue Sed qr sn̄ia veri. i. veritatis mutari nescit. en. i. ecce (gaudēter dicit hoc) nr̄a fronesis (que est quasi mater sapie. ⁊ ipa sapia) venit adaquare. i. ad aquā ducere gregē suum. ⁊ releuare si=mul eius calorē. ergo ipsa sedeat nobis ꝓ iudice. i. loco iudicis. ⁊ tāqꝫ arbitrari⁹ vel arbiter.

Pseustis ad hec: video ꝙ eam sors obtulit vltro
Huc ades o fronesis: nam sufficit hora diei
Ut tua iam nostro postponas seria ludo

¶ In hac parte pseustis acceptat fronesim in iudicē. ⁊ dicit sic. Ego credo ꝙ a casu vel fortuna nunc ipsa venit. ideo o fronesis rogo velis interesse nr̄o certamini qr statim finiemus et expediemus infra vnū diē. ⁊ ideo supplico quatin⁹ postponas nūc ꝓpria negocia nr̄e disputationi. ⁊ dimissa re ꝓpria nos audias. ¶ Aduertendū est ꝙ in hoc textu primo ponit causa quare consenserunt in eam. quia non erat verisimile ꝙ alithia eā venire fecisset. Et ita fronesis non erat suspecta quia a casu illuc venerat. Et si suspecta esset recusari posset nec esset iudex idoneus. Secūdo ponitur supplicatio. qn̄ dr̄. huc ades. Tertio ponitur causa ꝓpter q̄ moueri debet fronesis ad exaudiendū eū. qr dicit pseustis illud certamen terminari in vno die. Quarto alia supplicatio subiūgitur. quasi respondēdo obiectioni quam posset pretendere fronesis. quando dicitur. Ut tua iam nostro ⁊c̄. ¶ Et hic sciendū est ꝙ multi textus habent preponas. tn̄ textus debet esse postponas. aliter sententia nulla esset. ⁊ istud metrū siue etiā istud verbū recte sumptū est ab egloga virgilij (ad cuius exemplar et similitudinē presentem actor conscripsit) que incipit. Forte sub arguta. In qua vtitur carmine amabeo ⁊ tali genere certaminis. sicut in aliis allegata. scilicet. Dic michi dameta ⁊c̄. qr iste due sunt scripte eadem lege carminis. Unde in ista forte etiam habetur istud metrum. Post habuit tamen illorum mea seria ludo. ¶ Construe. Pseustis dicit vel ait ad hec. verba alithie (hic

deest verbum necessario requisitum: et est eclypsis figura: iuxta illud. Dicitur vnius verbi defectus eclypsis. ꝛc. video ꝙ sors. i. fortuna obtulit. i. adduxit/ vltro. i. sponte: sic ꝙ nō vocata est eam scilicet fronesim. O fronesis adee. i. sis presens: vt postponas iam. i. modo/ tua seria. id est tua negocia seriosa ꝛ vtilia tibi/ nostro ludo. id est nostre liti ꝛ disputationi: nam ꝓ quia: hora diei sufficit: hoc est vnica hora diei: ꝛ hoc est vnus dies integer: ꝛ hoc videtur melius: vt patet in fine libri: vbi innuit solem iam tendere ad occasum. Et ista clausula potest preconstrui in vltimo versu.

¶Tunc mater fronesis/ adequato ne grege quis
Accelerare domum iussisset vterqꝫ parentum
Non dubito penas/ si quicqꝫ tardo pararas
Leta feram talis presumens gaudia litis.

¶Hic Fronesis suscepit onus audiendi litem: ꝛ ferendi iudicium quāuis haberet legitimā causam recusationis. Et diuiditur. Primo fit hoc. Secunda ipsa vt habens auctoritatē imponit eis legē. Primo sic: quāuis vterqꝫ parētū mihi distincte perceperit: vt adequato grege celeriter domum reuerterer: ꝛ non dubito penas mihi ab eis preparatas (si quid tardauero) tamen ego leto et iocundo animo sufferam percipiendo gaudia magna ab hac disputatione vestra. Aduertendū etiam ꝙ hic per fronesim ecclesiā hanc militantē: cuius pater est xp̄s et caput: mater vero illa celestis ecclesia triumphans. Ideo dr̄ fronesis. Licet parentes mei iusserint me ꝗcito grege adequato. i. grege xp̄iano baptizato transire ad domū: et ad patriam illam celestem (que est nostra mansio: vt dicit apostolus) ad quā sine baptismo transire non potest. Tn̄ si aliq̄diu versor hic in terris certando contra mundum/ carnem: ꝛ demonē: non dubito penam mihi infligi: imo potius spero leta gaudia: q: q̄to aliq̄s plus viriliter pugnauerit contra hostes istos familiares et nequissimos: tanto maiorē gloriā expectare debet in qua vt dr̄ in sequētia. Nec languor nec seniū/ nec fraus nec terror hostium sed vna vox letantiū. ꝛc. ¶Construe. Fronesis mater ait/ supple viso ꝓmisso facto in cāꝗuis vterqꝫ parētū nostroꝝ: iussisset me accelerare. i. celeriter ire domū: ꝛ hoc dico grege meo adaquato. i. ad aquā deducto: nihilominus si tardo quicqꝫ. i. aliq̄liter nō dubito penas mihi pararas: sed ego presumēs pōt teneri in bona sigtione. i. ꝯfidēs: vel in mala. i. me presumptuose habens non obediendo parentibus quasi aliquid ante et contra preceptum sumens. Leta feram gaudia litis talis. i. talis certaminis vel disputationis ꝛ altercationis.

Perge prior pseusti quia masculus/ illa sequaci
Equaci studio terras sit in ordine vestro
Pytagore numerus/ sol augeat obsecro tempus

¶Ista est vltima pars huius prologi in qua imponitur lex et ordo dicēdi disputantibus decertantibus vel litigantibus. Et diuiditur. Primo lex imponitur. Secūdo factum per eos executioni mandatur. secunda ibi. Primus crotheis. Dicit ergo fronesis ordinando eos ꝛ legem imponendo. O pseusti quia tu es vir/ vir autem est dignior muliere: ideo primo incipies litem proponendo in medium: quid volueris. deinde te sequetur Alithia: et quilibet vestrum in dicendis numerum quaternarium obseruabit: qui est numerus pytagore: et ego oro ꝙ sol augeat tempus et spacium motus sui: vt lis vestra apte terminari possit. Hic posset aliquis querere quare vult fronesis ꝙ pseustis incipiat. Dicitur ꝙ sicut claritas est placidissima et gratissima post nubila: ita veritas post falsitatē. Alia ratio vt apparentius victoria veritatis appareat: quia falsitas habuit prerogatiuā primo proponendo: et per hoc irruandi veritatē ad rn̄dendū iuxta legē carminis amabei. dicendo plus vel manus vel ꝯtrariū vt in pluribus: tn̄ lꝫ hoc ita sit: pseustis cui datus erat prior locus deuincit. Aduertēduꝫ ꝙ per pseustim pōt intelligi tp̄s quod precessit tp̄s gratie: q̄d intelligitur ꝑ alithiā que illud tp̄s insequit: vacādo bonis opibus ꝛ vtēdo maxime doctrina q̄ttuor euangelistarū: in qua cōtinetur tota lex nr̄a: et etiā amplectēdo quattuor ꝟtutes cardinales/ prudentiā/ iusticiā/ fortitudinē: ꝛ tpantiā. Sciendū vt dicūt glose. Pytagoras ph̄s transiēs iuxta fabricā audiuit quinqꝫ malleos/ quintum deposuit: ꝛ ibi optimā ꝯsonantiā ꝛ proportionē in sonis repperit: et iuxta diuersam ꝓportionē soni illoꝝ malleoꝝ inuenit quattuor principales cōsonātes. s. dyatesserō/ dyapētē. ꝛc. Et dt̄ Boeti⁹ ꝙ pythagoras inuenit artē musice. Itē considerādū est circa illud nomē tetragrāmatō: vt dt̄ Brito in summa: est nomē dn̄i ineffabile

quattuor litterarum. Joth/beth/vau/he. ⁊ dicitur a tetras quod est quattuor: ⁊ gramma littera. Et exponit glosa. Exodi. xxviij. sic he iste. Joth principium. Beth passionis. Vau vite: quia christus est principiũ vite in adam amisse quẽ sua passione restaurauit. ¶ Construe O pseusti perge. i. procede ad disputandum prior. i. ante alithiam: quia. s. es masculus. i. vir dignior. Illa. s. alithia equabit. i. equaliter sequetur te studio sequaci. s. disputationis. Tetras. i. quaternarius numerus scʒ versuum pytagore illius philosophi: sit in vestro ordine scʒ dicendorum (Et vt disputatio ista perfecte possit compleri) ego obsecro. i. rogo deum: vt sol augeat. i. protrahat nobis tempus scilicet diei.

¶ Finis prologi.

Primus cretheis saturnus venit ab oris
Aureas per cunctas disponens secula terras
Nullus ei genitor: nec quisꝙ̃ tempore maior
Ipso gaudet auo superum generosa propago

¶ Finito prologo in quo intentio actoris aperta est ⁊ modus ꝓcedendi fronesim limitatus restat expedire ꝓ virib⁹ partẽ ꝑncipalẽ q̄ cõtinet disputationẽ inter pseustim ⁊ alithiã. Pro quo sciẽdũ ꝙ tota disputatio ꝯsistit in adductiõe fabularũ poeticarũ ⁊ hystoriarũ sacre scripture. Et ꝭm exigentiã fabule q̄ ꝑcedit subiũgitur hystoria vel maior vel ꝯtraria vel potius iuxta legẽ isti⁹ carminis. Et fabule nõ habẽt ordinẽ inter se nisi ꝑ q̄𝔱o hñt respectũ ad hystoriã sequẽtẽ. iõ nõ ponit̃ diuisio fabularũ: sed hystorie diuident̃: ⁊ libri diuisio attendit̃ penes hystorias ⁊ penes diuersos act⁹ disputatiõis. hec pars diuidit̃. Primo pseustis ꝓponit fabulã. Scđo alithia hystoriã correspondẽtẽ. Scđa ibi. Jncola prim⁹ homo. Dicit ꝗ̃ textualiter. Saturnus prim⁹ deoꝝ venit a regionibus crethensib⁹ ⁊ adeo composite ⁊ prudẽter rexit subditos ꝙ secula dicta sunt aurea. Jste saturn⁹ nõ habuit prẽm/nec maiorẽ se: ⁊ iõ ipse est au⁹ alioꝝ deoꝝ suꝑnoꝝ. hec fabula sumit̃ originaliter ex ꝑmo methamorphoseos vbi Ouidius distingnit quattuor etates mundi. Prima fuit aurea: cui prefuit saturn⁹. Scđa argẽtea. Tertia erea. vltia est de duro ferro. De ꝑma dicit sic. Aurea prima facta est etas. ⁊c̃. vbi pulchre singula describit. Pro latiori intellectu aduertẽdũ ꝙ saturni descriptio est talis Saturnus pingitur homo senex/curuus/tristis: et pallidus: qui in vna manu falcẽ tenet/in eadẽ drachonis ymaginẽ: q̄ dentib⁹ mordet eandẽ ꝓpriã: ⁊ applicat cũ altera filiũ paruulum ad os: ⁊ cũ dentibus ꝓpriis eũ deuorat/quattuor iuxta se habet liberos: iouẽ/iunonẽ/neptunẽ: ⁊ plutonẽ. ⁊ iupiter amputauit virilia patris/mare erat pictũ ante ipm in quo ꝓijciebant̃ virilia ex quib⁹ ven⁹ nascebat̃: iuxta ipm erat ops vxor eius que opẽ oĩbus ferebat hec fabula multis mõis exponit̃. Vñ hystoria est ⁊ res gesta ꝙ saturn⁹ fuit rex crethe et ab vno filioꝝ suoruʒ expulsus est a regno. Et ista hystoria exponit̃ applicando astronomiã: nã saturn⁹ prim⁹ est planetarũ tardus ⁊ maliuolus. Vel per saturnũ intelligit̃ tp̃s quodlibet quattuor filios. i. quattuor ꝑtes ꝑncipales hñs: ⁊ dr̃ comedere filios: q̃r q̄cq̄d nascitur in tp̃e consumit̃ etiã in tp̃e: ⁊ oĩa sicut vestimentũ vetrascẽt. vt dr̃ in psal. Jsta tanguntur ꝑ glosas cões hic. ⁊ in grecismo in illo textu. Saturn⁹ genuit. ⁊c̃. Jdeo q̄𝔱ũ possibile est oĩa ad mores erũt applicanda. Saturn⁹ põt sig̃re aliquẽ malũ superiorẽ: vt principẽ terrenũ vel prelatũ et tyrannũ q̄ describitur senex. i. antiquat⁹ in malitia: ⁊ curu⁹ a recta via: ⁊ tenet falcẽ qua mediãte affligit: torquet ⁊ depauperat subditos. ⁊ dr̃ ideo eos comedere ꝑ tyrannicas ⁊ indebitas exactiões. Et secũ tenet dracones. i. iniquos ⁊ pessimos satellites. Et dicũtur habere opẽ. i. opum ⁊ diuitiarũ copiã vxorẽ: q̃r oẽm subditoꝝ substantiã exhauserũt. Et accidit ꝙ frequenter iupiter: hoc est ꝑplus subdit⁹ ei insurgit in eũ: ⁊ expellit̃ a regno suo: ⁊ sic dicit̃ castrari ꝑ filios. Et virilia in mare dicunt̃ proijci: q̃r tota voluptas in amaritudinẽ ꝯuertit̃ licit equũ est. Alio modo posset exponi fabula: ⁊ iste modus ab alijs lati⁹ declaratur: sed q̃r tñquantũ possibile erit sum breuitatẽ profesliturus. ideo illud sufficiat. ¶ Construe. Saturn⁹ id est ille rex vel deus primus: venit ab oris. i. regionibus. Et scribitur oris sine h iuxta illud metrũ. Oras mũdus hʒ/nox horas: ⁊ clamis oras. cretheis. i. crethensib⁹: nomen gentile a cretha dictũ: disponẽs secula aurea. i. preciosa splendida ⁊ munda ⁊ fertilia: per cũctas terras/nullus genitor. i. pater fuit ei (ex quo est primus deus) nec quisꝙ̃ fuit maior tempore. i. in suo tempore: ⁊ ideo propago. i. progenies/generosa. id est nobilis/superum. i. supernoruʒ (per sincopam) gaudet ipso saturno auo. Auus est pater patris.

Jncola primus homo fuit in viridi paradyso

Coniuge viperium donec suadente venenum
Hausit eo cunctis miscendo pocula mortis
Sentit adhuc proles quod commisere parentes.

¶ Hic alithia quasi respondendo ponit hystoriã. Ista pars diuiditur multipliciter. Primo ponitur lis inter istos. Scdo snia fronesis: ibi. Mortales cuncti. &c. Item prima in duas. Primo ponitur altercatio. Secundo auxilij imploratio & victorie confessio. Secunda ibi. Egregiã sobolem. Itẽ ponitur prima disputatio neutra parte debilitata. Secũdo ponitur debilitatio alterius partis. s. pseustis: ibi. Quadrupedes phebi. Itẽ prima in duas. Primo ponuntur illa que gesta sunt in tribus etatibus. Secũda in duabus. Scda ibi. Noia mille deũ Et capitur hic etas sicut dr qȝ septẽ sunt etates mundi. Prima ab adã vsqȝ ad noe. &c. et est ibi. Noia. &c. Potuisset significari pars illa in qua tangit debilitatio pseustis & eius desperatio vsqȝ ad finẽ. Prima in duas. Primo ponunt gesta tẽpore legis nature per duas etates. Secundo gesta tertie etatis: in cuius initio circũcisio data est abrahe/ ibi. Limite missus abraham. Item prima in duas. Primo de prima etate. Secũdo de secunda/ ibi. Ultio digna dei Itẽ prima in duas. Primo ponuntur hystorie de Adam & filijs suis. Secũdo de Enoch/ ibi Enoch iusticie. Item ponitur prima hystoria de Adam per se. Secũda de filijs/ ibi. Immolat ante deũ. Item primo describit status ante pcm. Secundo status & mia post lapsum/ ibi Exultat. Multe istarũ partiũ subdiuidi videbuntur inferius: sed ista est diuisio & snia in generali istius egloge. ¶ Dicit ergo in prima parte sic. qȝ Adam primus parens noster creatus a deo de limo terre inhabitabat paradysum terrestrem: & p monitionẽ Eue vxoris sue ipse transgressus est preceptũ dñi qñ comedit de fructu ligni vite. Unde ipse mortẽ pro se & pro posteris & peccatum & miserias multas consecutus est. Hec hystoria originaliter scribitur Geñ. ij. Et certũ est qȝ q̃plurima possunt hic recitari: & in alijs que tangunt per magrm Nicolaum de lyra: & per alios doctores & expositores biblie: sed ista remittunt ad doctores superioris facultatis. s. theologice: & breuiter declarãda est hystoria dimissis altioribus speculationibus: etiam doctoribus qui de creatione Ade & de peccato eius: & talibus super libro sententiarũ determinauerũt. Hystoria ergo talis est. Deus creauit hoiem de limo terre vt esset futuris particeps sue glorie & bonitatis: & eum posuit in paradyso voluptatis: et produxit ibi omne lignum pulchrum visu & suaue ad vescẽdũ. Produxit etiam lignum vite in medio paradysi: & lignum scientie boni & mali. Precepitqȝ Ade dicens. De ligno scientie boni & mali non comedas. In quocũqȝ enim die comederis ex eo morte morieris. Tunc immisit deus soporem in Adam: & de costa eius formauit mulierem scilicet Euam. Postqȝ hec facta sunt (dicitur capitulo sequenti) diabolus ille serpens tortuosus dixit mulieri. Cur precepit vobis deus vt nõ comederetis de omni ligno paradysi nequaqȝ morte moriemini. Et tũc ipsa accepit fructum vetitum & comedit: & dedit viro suo qui etiam comedit: vnde effecti sunt transgressores mandati dei. ¶ Aduertendum est qȝ Adam tunc peccauit tribus vitijs: iuxta illud. Te vicit Adam: primum gula gloria vana. Cupido dum comedit vetitum gula vicit. Gula decipitur altissimo dum simulatur. Cupido subijt dum omnia scire cupiunt Item in his versibus notantur incommoda que incurrimus propter peccatũ Ade. Mors/ morbus/ calor/ frigus/ sitis/ esuriesqȝ. Cura labor vite: dñi sunt octo sagitte. ¶ Construe. Primus homo scȝ Adam fuit incola. i. inhabitans (de incolo/ lis) in paradyso (Et dicitur a para quod est iuxta: & dysis stella: & est locus terrestris amenissimus viridis propter arbores) donec coniuge sua. s. eua suadente. i. hortante/ hausit venenum viperium. i. serpentinum (dr de vipera serpente) miscendo/ eo. i. inde vel ideo/ pocula mortis. cunctis scȝ hominibus/ proles id est posteritas sentit. i. percipit adhuc illud quod parentes scilicet nostri commisere: quia ibi non fuit tantum peccatum omissionis: sed commissionis. Aliqui per serpentem intelligunt demonem/ per euam sensualitatem/ per adam rationem/ per esum pomi secularẽ delectationem & satis apte. Ecce ex dictis apparet conuenientia fabule precedentis: & etiam istius hystorie: quia sicut Saturnus primus fuit deorũ: ita Adam primus hominũ/ & Adam expulsus est a paradyso: sicut Saturnus a regno: vt patebit.

Splendorem tanti non passus iupiter auri
Expulit illatis patrem crudeliter armis
Discolor argento mundi successit ymago

Et iam primatum dedit illi curia diuum

¶ Hic pro libito Pseustis ponit fabulam: et dependet ex prima omnino: vt patet ex dictis. Diuiditur ergo sic. Primo ponitur fabula/secundo hystoria correspondens: et quasi a precedenti etiam dependẽs: ibi statim. Exultat eiectus. Et vbiqꝫ taliter posset diuidi hystoria contra fabulam: sed decetero talis diuisio omittetur. Dicit ergo ꝙ iupiter non potuit pati splendorem aurei seculi: vel patrem suum tantum aurum ⁊ tot bona possidere: sed in eũ insurrexit et regno eum priuauit: et tunc incepit secunda etas que dicta fuit argentea: ⁊ tunc iupiter fuit effectus summus deorum. Hec fabula tangitur in primo methamorpho. vbi dicitur postqꝫ saturno tenebrosa in tartara misso sub ioue mundus erat. subyt argentea proles. Et ibi describuntur pulchre mores hominũ istius etatis. Unde expositio patet ex dictis. Alij exponunt naturaliter. Per saturnum tempus/per iouẽ etherem superiorẽ/ꝑ iunonem eius coniugẽ aerẽ/ꝑ neptunũ aquã/ꝑ plutonẽ terrã intelligẽtes. Alij astrologi: vt vere iupiter sit planeta beniuolus immediat⁹ saturno q̃ tpat eius seuiciã. Sed vt fabula applicetur ad mores. primo sententia fabule premittẽda est. scḋo exponẽda. Jupiter (q̃ celũ dr̃ regere) pingitur homo in throno eburneo sedens: ⁊ tenẽs ceptrũ in manu: in altera mittit fulmina et cõprimit sub pedibus gygantes fulminatos: iuxta eũ erat quedã aquila volans: et inter pedes suos puerũ pulcherrimũ rapiebat. Ita dicũt poete. Exponat̃ ista fabula. ꝑmo ꝑ iouẽ intelligẽdo deũ oipotentẽ q̃ regit oia ⁊ fulminat elatos ꝑ sup̃biã: vel põt intelligi bon⁹ prelatus vel princeps q̃ debet habere istas ꝓprietates: debet eni sedere in throno maiestatis sue gerẽs virgã iusticie: ⁊ fulmina aspere correptionis corrigẽdo criminosos ⁊ tyrannos reprehendẽdo: ⁊ iõ cõpescere dr̃ gygãtes. i. tyrãnos ⁊ ecclesiarũ oppressores/ne celũ. i. ecclesiã expugnare presumãt: q2 princeps hꝫ iuramentũ ⁊ obligationẽ ad ꝓtegendũ eccl̃ias ⁊ ecclesiasticas ꝑsonas. Per aquilas intelligunt̃ viri prudentes/discreti/clari: ⁊ videtes ꝑ prudentiã: q̃ debent pueros. i. simplices subditos sursũ erigere ꝑ cõtẽplationẽ exeũdo a ꝓfundo vitiorũ ad altitudinẽ virtutũ. Posset etiã exponi de malis ꝑncipibus q̃ fulmina rapinarũ ⁊ ferocitatũ gerunt. ⁊c̃. Ad propositũ oim istoꝝ ⁊ similiũ possent adduci auctoritates scripture sanctorũ dicta gratissima ⁊ pulcherrima: sed hec pauca breuitatis causa sufficiant. ¶ Construe. Jupiter non passus splendorẽ tanti auri expulit crudeliter patrem scilicet saturnum a regno: et hoc dico armis illatis. id est contra ipsum latis/imago mũdi. i. diuersi coloris ab imagine alterius mundi vel etatis/successit argento et curia diuum. id est deorum per sincopam: iuxta illud. Sincopa in medio tollit quod epenthesis auget/dedit illi primatum. id est dominium. Et declinatur. hic primatus/tui. Et dicitur de primas/atis.

Exultat eiectus de sede pia prothoplaustus
Ac cinis in cinerem nature mutat honorem
Ne tamen eterni temeremur stipite pomi
Flammeus ante fores vetat ensis adire volentes

¶ Hic Alithia subiungit hystoriã correspondentẽ: ⁊ describit̃ status post peccatũ. Et dr̃ sic. ꝙ adã primus parens post transgressionẽ precepti dei: expulsus est a paradiso in quo erat: et sic honor. i. integritas nature sue mutatus est in cinerẽ: hoc est in mortalitatẽ ⁊ miseriam Et ab illo tpe angelus cũ ense igneo custodit portã paradysi ne q̃s introeat. ¶ Hec hystoria scribit̃ Geñ. ij. vbi dr̃ ꝙ postqꝫ adã ⁊ eua gustassent fructũ vetitũ: cognouerũt se nudos: ⁊ fecerũt sibi de folijs pizomata. i. q̃dã tegmina corpis. Et dixit dñs vocãdo adã. Ubi es? Ipse eni cũ eua abscõderat se. Quare comedisti de ligno. Et rñdit adã. Mulier quã dedisti mihi sociã fecit vt comederẽ. Et mulier dixit ꝙ serpẽs eã decepat. Tũc maledixit deus serpẽti: ⁊ dixit mulieri. Mulier multiplico erũnas ⁊ cõceptus tuos: in dolore paries filios: et sub viri potestate eris. et tu adã maledicta erit terra in opere tuo in laboribus comedes spinas: et tribulos germinabit tibi terra: ⁊ comedes herbas terre/in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et tũc expulsi sunt de paradyso voluptatis: et posuit deus cherubin ad custodiendum viã ligni vite. ⁊ hec fere sunt ꝟba text⁹: q̃ qm̃ clarissima sunt: frustra a sacris eloquijs recederẽ. Ex quo patet incõmoda grauia pcti ade: q2 ꝑus eram⁹ immortales: nũc aũt mortales. ¶ Expositio vltimi versus põt esse: vt ꝑ gladiũ igneũ intelligat̃ ignis inferni: q̃ parat̃ volẽtibus temere introire hierusalẽ celestẽ: q̃ sc3 ducũt in bonis dies suos: ⁊ ipsi in puncto ad inferna descẽdũt. ¶ Cõstrue. Prothoplaustus. i. ꝑm⁹ hõ (a prothos ꝑmũ: ⁊ plasma formatio quasi primo formatus) Eiectus. i. expulsus de sede pia paradysi. exultat. id est exul fact⁹ est

(exulo verbū neutropassiuū est: qr sub voce neutrali habet sigtionē passiui/ac ꝑ et cinis scʒ homo q̄ de cinere.i.de limo terre factus fuerat: mutat honorē nature sue: in cinerē.i.in miseriā ⁊ vilitatē: tn̄ ne temeremur.i.temerarij efficiamur vel corrūpamur/stipite eterni pomi scʒ volendo ꝯtra voluntatē dei capere de ligno vite. Stipes(dr̄ quasi stans pes) Ensis(q̄ dr̄ rumphea) Flammeus.i.igneus exn̄s ante fores.i.portas(⁊ caret ntō/dtō/⁊ vctō singularibus) vetat homines volentes adire. ¶Ecce apparet conuenientia hystorie et fabule.

Egregio cycropi debetur causa litandi
Ille bouis primo rimatur viscera ferro
Sacra ioui statuit: que posteritas celebrauit
Condidit athenas: adiuuit nomine pallas

perias in scelere ciuitatis. Et angeli eduxerūt illos: et dixerūt. Salua aiam tuam ⁊ noli respicere post tergū tuū. Igitur egressus est loth sup terrā. et loth ingressus est segor. Et dñs pluit sup sodomam et gomorrā sulphur et ignē. et subuerrit has ciuitates et oēm aiam viuentē circa regionem. vniuersos habitatores vrbiū. et cuncta terre virentia. Respiciensqꝫ vxor eius post se. cōuersa est in statuā salis. ¶ Ex hac historia patet ꝙ vile ⁊ abhominabile execrandū et deo exosum est illud nephādū crimē cōtra naturā. qđ nūc appellatur sodomiticū. qđ vix homo in confessione etiā dicere audet. vt sciūt illi q̄ audiūt cōfessiones et cōsciencias hoim diligēter inquirūt. ⁊ peccātē sic contra naturā iubent leges igne cremari. Unde etiā de viris gābaa volentibꝰ abuti. interfecti sunt q̄draginta et tria milia viri. vt habeť Judicū. xix. Ex istꝫ multis historijs ⁊ fabulis ptꝫ detestatio luxurie. de qua dicit gregoriꝰ. Luxuria mentē excruciat. rationē excecat. corpꝰ maculat. huic seruiūt cecitates mentis ⁊ inconsideratio amor sui. odiū dei. desperatio ab eterno. Exponēdo historiā allegorice. p sodomas itelligimus pctōres carnales. Ille quinqꝫ ciuitates que delete sunt significant quinqꝫ sensꝰ corporis q̄ oēs subuertunť et excecātur. Per loth intelligūtur virtuosi et contemplatiui q̄ contēnunt carnem. ⁊ intrant ciuitatē segor. i. hierusalem celestem. vxor eius. i. vita actiua. mutať in lapidē salis. i. incōcupiscētiā boni. Uel possūt intelligi penitētes q̄ statim reuertūtur ad pctā ¶ Construe. Potestas diuina. soluēs. i. dissoluens sodomas. ciuitatē illā in cinerem cogitat parcere loth. illi viro ad suū dictū. ob pactū. i. promissuꝫ patrui sui scilicet abraham (patruus est pater patris alicuꝰ. ⁊ dr̄ a patre) Segor illa ciuitas. seruat. i. custodit. eū scꝫ loth. sed vxor perfida. i. infidelis (quasi sine fide) vertiť. i. mutatur. in effigiē. i. similitudinem salis. alalia lambūt. i. lingunt cautem. i. illum lapidem. Et dicitur a canendo. ¶ Cōuenientia fabule et hystorie est. quia sicut phyllis mutata in arborem. ita vxor loth in lapidē.

Argolicas contra bellans acies cytherea.
Jtide manibus dea pertulerat graue vulnus
Deplorant socij commissa ducis furiosi.
Nam facti volucres acuunt pro dentibus vngues.

¶ In hac parte pseustis pponit argumētando fabulā talē dicēs. textualiter sic. Uenus dea pro troianis aduersus grecos pugnabat. quā percussit dyomedes grecus. pter cuius culpam socij in aues sunt transformati. hanc fabulā recitat Ouidius in pmo de remedio amoris Ubi dicitur. Non ego titides. ⁊c. Uñ. put sepe Uir. tangit eneid. Eneas fuit filius venerꝫ ⁊ anchise. qui dū pugnaret contra dyomedē grecū. mater sua auxiliū extulit. qr venus se interposuit in nube. et vulnerata est a dyomede. Illa autē vxorē illius meretricē fecit. et post multos annos dū redirēt de bello mutauit socios suos in aues. q̄ adhuc hodierna die fuant in grecia templū dyomedis. Et audiui ꝙ augustinus dicit illas aues esse demonrs. qui non pmittunt aliquē nisi grecū intrare illud templū. ¶ hystoria fuit ꝙ venus fauebat troianis qr ipsi erant luxuriosi. dyomedis socij effecti sunt predones ⁊ vespiliones. Dyomedes significatore pōt virū castū. eneas mollē et luxuriosū. ⁊c. Si velit aliqs videre illud bellū troianū famosū. legat hystoriā breuē daretis frigij. vel plixā guidonis de colūna. et virgꝫ. ij. eneid. ¶ Qm̄ de venere mētio facta est. ideo eius descriptionē videamus. Describitur itaqꝫ venꝰ pulchra puella nuda natās in mari. tenēs in dextera concham marinā ornatā rosis. quā colūbe comitātur. Ea aūt data vulcano in vxorē. deo ignis turpissimo. sibi astāt tres puelle q̄ vocantur gr̄e. et duarū facies ad ipsas reuerse sunt. ⁊ vna ꝯtitur in cōtrariū. hꝫ autē cupidinem in filiū alatū secū sagittantē appollinē arcū et sagitta. quapropter ptes dijs turbatis puer fugiebat ad matris gremiū. Iste ppietates attribuūtur isti planete ab astrologis. de quo plura dicere non est pn̄tis speculationis. Ista dea sm̄ fulgētiū mitologiarū scriptorē. significat personam luxuriosam. q̄ dr̄ femina. pter mollicīe et variabilitatē. nuda propter indecētiā. natat in mari. i. semp volutatur in delitijs. ⁊ iō dr̄ genita in mari. qr ab opulētia ⁊ saturitate generatur. tenet conchā cū qua caniť in choreis. nutrit colūbas. i. luxuriosos. diligit rosas et tales lasciuias. Cupido est filius eius. qr vnus producit cōcupiscentiam carnis q̄ qn̄qꝫ apollinē. hoc est viros iustos vulnerat stimulis carnis. Iste cupido est amor carnalis. q̄ pingitur alatus. qr subito venit et subit aim. Cecus est vt dr̄. iiij. eneid. ⁊ ceco capitur igni. quia hoies cecos ⁊ oblitos sui efficit. Ita sūt faciliter applicabiles ad mores i ista materia ¶ Cō. Cytherea. i. venꝰ (textꝰ coēs hn̄t cytharea p a. in scđa sillaba: sꝫ credo dn̄t hr̄e cytherea per e qr dr̄ a cythereo mōte i q̄ venꝰ colitur ⁊ oēs poete ponūt ⁊ dicūt cytherꝫ) bellās ꝯtra acies. i.

exercitus. argolicas.i.grecas(Argos est nomē ciuitatis grecie. a qua dr̄ argi argiui.⁊ ar=
golici.i.greci(ꝑtulerat.i.sustinuerat.graue vulnus manibus titide.i. diomedis (titides est
nomen patronymicum masculini generis prime declinationis.⁊ est filius vel nepos tidei)
socij eius plorant cōmissa.i.pctā.ducis.i.dyomedis.furiosi id est insani. percutiendo vene=
rem.nam pro quia quia ipsi facti volucres.i.aues acuunt vngues pro dentibus id est loco
dentium habent vngues.⁊ isti de diuitibus facti sunt pauperes.

Congressus domino iacob luctamine longo
Neruos amisit femoris dum cedere nescit
Quam plagam veluti gemit euenisse parenti
Non comedit neruum successio tota nepotum.

¶ hic alithia narrat hystoriā suam ⁊ dicit litteraliter.ꝙ iacob diu luctabatur cū angelo. sʒ
in lucta perdidit vnū neruū sui femoris.⁊ propter hoc iudei non comedunt neruum. hec hi
storia originaliter habetur Gen̄.xxxij.circa finē capituli vbi dr̄:ꝙ iacob filius isaac timēs in
sidias fratris sui esau primogeniti.ipse iacob a patria sua recessit ⁊ cū ipse esset i itinere qua
dam die vidit scalā a superficie terre vsqȝ ad celos.⁊ vidit angelos ascendentes ⁊ descendē=
tes.Jacob autē vnū angelū amplexus est.⁊ dixit textus ibidem. Et ecce vir luctabatur cuʒ
eo vsqȝ mane.Qui cum videret ꝙ eū supare non posset:tetigit neruum femoris eius:et sta=
tim emarcuit.Et dixit ad eū.Dimitte me.iam enim ascendit aurora. Rn̄dit. Nō dimittam
te nisi benedixeris mihi.Ait ergo.Quod nomē est tibi.Respondit.Jacob.At ille. Nequaqȝ
iacob appellabitur nomen tuum:sed israel.quoniaʒ si contra deum fortis fuisti:qȝto magis
contra hoīes preualebis.Jnterrogauit eum iacob.Dic mihi quo appellaris noīe. Et rn̄dit.
Quid queris nomen meum quod est mirabile.Rn̄ditqȝ ei et in eodē loco. ¶ Allegorice ꝑ an
gelum intelligimus xp̄m.per iacob iudeos.xp̄s eni lucratus est contra iudeos malū.vt con
uerteret eos ad fidē.Patet per magnā ꝑtē totius noui testamenti. et qr ipsi noluerunt xp̄i
monitionibus obtēperare.percussit eos ⁊ opprobriū sempiternū dedit eis. Un̄ iudei in die
illa in qua xp̄s est crucifixus:hn̄t digitū in culo:qr tunc patiunt̄ fluxum sanguinis. Jō iude⁹
dr̄ verpus quasi verrēs podicē hoc est posteriorē partē.Quod aut xp̄us benedixit iacob:sigt̄
ꝙ xp̄s multū primo dilexit synagogā.i.⁊ antiqs patribus vt abrahe et alijs dedit bn̄dictio
nem.⁊ postea sanguine suo dedicauit ecclesiā nostrā.⁊ qr iudei non crediderūt. ideo sp̄ sunt
⁊ erūt vagi et dispsi ꝑ vniuersā terrā. ¶ Aduertendū est hic ꝙ isrl̄ interpretat̄ vir vidēs deū
iuxta illū v̄sum.Js vir raqȝ vidēs dr̄ elqȝ deus.Et pōt esse nomē declinabile dicendo.Jsrael
israelis.vel indeclinabile sicut est de istis.adam abraham dauid et cōsimilibus.Aduertēdū
est ꝙ iacob iste habuit duodeci filios ex quib⁹ processerūt.xij.tiranni iudeorū qui dicunt̄ tri
bus israel.hic propter istā mutationē noīs iacob posset tractari materia de mutatione no=
minis proprij ipsi⁹ pape in creatione sua.q̄ videatur ꝑ doctrinā decretorū et voluminū illi⁹
scientie.mutat̄ eni vt intelligat ipse ꝙ est nou⁹ honor ⁊ oēm veterē pellē malitie ⁊ mūdane
pōpe deserere debet. ¶ Con.Jacob congressus(dr̄ de congradior)dn̄o.i.contra dn̄m. longo
luctamine.amisit neruos femoris.i.coste dū ipse nescit cedere.i.locū dare vel recedere quā
plagā factionis nerui in femore.tota successio.i.posteritas nepotū.i.iudeorū descendentiuʒ
ab illo per cognitionē vel generationē gemit.veluti pro sicut euenisse parenti.i.pr̄i.⁊ iō ipsa
non cōmedit neruū. ¶ Conuenit aūt hystoria cū fabula.qr sicut in fabula p̄cedenti dyome=
des vulnerauit venerem ita hic dn̄s iacob.vt patet.

Hypolitus seua perit accusante nouerca
Distractus bigis phocas agitantibus vndis
Damna pudicitie non pertulit ira dyane
Hypolitum reuocat/modo nomine virbius extat

¶ hic consequēter pseustis proponit aliā fabulā seu fabulosam narrationē.et ista depēdet
ab illa.De alijs aptatis.⁊c̄.Dicit ergo textualiter sic.hipolitus a nouerca sua accusatus in
curru prope mare fuit distractus sed dyane pudicitie dea pietate mota fecit hypolitū resus
citare.et sic fuit bis vir.hec fabula tractatur.xv.libro metamorphoseos. ¶ Pro quo scien=
dum est ꝙ theseus filius egei regis atheniensium missus est ad minotaurum. quis singulis

diebus forte equi athenienses mittebant. Erat autẽ iste fortis et pulcher. ⁊ dilexit adrianã vnã filiarũ minois. cuius auxilio ⁊ fauore ⁊ cõsilio dedali ipse deuixit minothaurũ. et a labo rintho exiuit. Rapuit autẽ iste adrianã et phedrã minois filias. vnde derelicta adriana i lit tore maris duxit secũ phedram. et eã duxit in vxorez. que amore hypoliti filij thesei de alia vxore perdite nimis et misere exarsit. Sed qr ille sibi consentire noluit. ipsa eum accusauit erga patrẽ theseũ. dicens ꝙ filius suus hypolit⁹ ipsã vi et violentia voluit opprimere. Egeus pater ipsius thesei. ꝗ credidit filiũ suuz esse deuoratũ a minothauro in mari se precipitauit. et est factus deus maris. ab ipso filius eius petit vltionẽ de hypolito. hipolitũ ergo posuit in quodã curru super litt⁹. Egeus autem emisit phocas ꝑ quas eq̃ ꝑterriti cũ tanta violentia currũ traxerũt ꝙ illius viscera dissipata sũt ꝗ qm pro castitate suã mortu⁹ fuerat. dyana misit ad eum esculapiũ qui ipsum resuscitauit. ⁊ ideo dr̃ esse virbius. ¶ historia est ꝙ hypolitus fuit quidã miles ꝗ cũ quadã die in curru suo iuxta mare transiret. subito intumescẽte mari vituli cornuti cum alijs mõstris apparuerũt. vnde territi equi eius sine ordine currere ceperũt. ita vt totaliter corpus eius laceratũ est. ꝗ cum ad inferos mortuus ꝑuenisset affuit ibi dyana ꝗ eũ resuscitauit. ¶ hypolit⁹ põt dici xp̃s. quẽ equi. i. iudei quos antiquitus erexit monstris. hoc est eius miraculis territi. fecerũt eũ herere arbori. i. cruci ⁊ dimiserunt eũ mortuũ ad inferos. sed dyana. hoc est deitas. ipsum resuscitauit. Et dr̃ virbius. Glose dicunt ꝙ ꝑ theseũ intelligit̃ anima. ꝑ hypolitũ ingeniũ humanum. per phocas itelligim⁹ motus illicitos. qui quandoq̧ detrahunt ingeniũ humanum in precipitiu vitiorũ. sed dyana. i. sapientia. et ratio ingeniũ resuscitat et virtutem reuocat. ⁊ iste est bonus intellectus. Et qr hic fit mentio de dyana. ideo eius descriptionem videamus. Dyana dr̃ proserpina luna ⁊c̃. iuxta illud ebrardi in capitulo de trinitatibus poeticis. Tres triuie sedes ꝓserpina luna dyana. Et potest videri in diuersis passibus poetarũ. Ista igitur pingitur in specie vnius dñe tenentis sagittam et arcum de cornu sequentẽ venationẽ ⁊ se exercentẽ. circa quã erãt chori driadum. orchadum ⁊ enereidum. i. dearũ nympharũ aque arborũ. mõtiũ fluminũ. Erãt etiam chori satyrorũ deorũ nemorũ. Ista dyana potest significare virginẽ gloriosam. que armatur arcu fletibus misericordie et sagittis orationis. quibus ceruus cornutus. i. diabolus superatur et eam circundant chori angelorũ et animarũ beatarũ. et chori satyrorũ cornutorum. i. peccatorum veniã postulãtiũ. Uel hec dyana põt significare meretricem sagittantẽ per sagittas veneris hoĩes fatuosos et habet choros iuuencularum vetularũ et leonũ sibi famulantium. ¶ Construe. hypolitus ille vir. perit. et hoc nouerca sua. scʒ phedra. seua. id est crudeli accusante ipsum erga theseum patrem suum. ille distractus bigis (bigũ dr̃ a bis ⁊ iugum iugi. ⁊ scđm Catholicon) Currus tantum a duobus equis tractus. ⁊ est biga curr⁹ lune. qr crescit et decrescit. Et triga est plutonis. quia rapit hoĩes de tribus etatibus. scʒ pueritia iuuentute ⁊ senectute. Quadriga est solis. propter quatuor tempora anni (⁊ hoc dico) vndis. i. fluctib⁹ et inũdatione maris agitantibus. id est cũ agitatione ⁊ commotione emittentibus phocas. id est balneas (et est epyceni generis) ira dyane. id est irata dyana nõ pulit. id est non passa est. damna pudicitie id est castitatis. hoc est casti hominis (ꝗ per emphasim figura dicitur pudicitia. sicut emphatice apud therentiũ. duus dicitur scelus ⁊ non tantum sceleratus. damna pudicitie. i. non potuit ferre ꝙ ille pudicus haberet damnũ vel mortem. ideo ipsum hypolitum reuocat (de morte ad vitam) ipse extat modo virbi⁹. i. bis fact⁹ nomine suo. ¶ Itẽ virbius virbij masculini generis. i. bis existens. scilicet binas habuit vxores. vel qui bis fecit facta viro digno. vel qui resuscitatus est. vt lazarus et hypolitus;

Uenditur in seruum ioseph liuore suorum
Ardentis domine dum spernit vota minasq̧
Addictus vinclis/ discussit somnia regis
Et subduntur ei totius regna canopi.

¶ hic consequẽter alithia recitat verã historiã. vbi postq̃ egit de tribus patriarchis diuisim: nũc agit de duodecim simul dicẽs. Fratres Joseph inuidia moti. fratrem suũ ioseph vẽdiderunt. Et qr vxori scʒ phutipharis acquiescere noluit finxit ipsa ꝙ eam ioseph voluerat opprimere. et sup hoc conq̃sta dño suo qui precepit vt mitteret̃ in carcerẽ. vbi somnia regis postea exposuit. et tandẽ effectus est quasi superior in tota patria illa. scʒ egypto. ¶ Ista historia satis vulgata originaliter scribit̃ Genesi. xxxvij. capitulo. vbi agitur de venditione ioseph ꝑ fratres. et. xxxix. capitulo habetur qualiter contẽpsit dominã volẽtem ꝙ ipse secum

concūberet.⁊ de incarnatione eius scribit ibidē. Sed de liberatiōe eius scribitur in eodem
libro.capitulo.xli. Et compēdiose ipsam tractando.ibidem dicitur ꝙ cum ioseph.xvi.esset
annorum pascebat gregem cum fratribus suis.accusauitq̄ fratres suos de crimi⸗ pessimo
Israel autem pater eorum diligebat ioseph super omnes.eo ꝙ genuisset eum in senectute.
Unde accidit ꝙ ipse somniauit ꝙ esset in agro cū fratrib⁹ suis.⁊ manipuli fratrū adorabāt
manipulum eius. Item ꝙ sol ⁊ luna ⁊ duodecim stelle adorabāt eum. Et hoc audiētes fra=
tres sui.⁊ ꝙ pater eius dixit ꝙ ipsum omnes alij adorarent ⁊ obedirent ei.ceperunt sibi in-
uidere. Cum aūt iret in dothaim cum alijs.dixerunt fratres adinuicem. Ecce somniator ve
nit.occidamus eum.tamen per orationem ruben pepercerunt illi.⁊ clauserunt eū in cister=
na.⁊ eum nudum vendiderunt viatoribus ismaelitis euntibus in egyptum.⁊ dixerunt pa=
tri.ꝙ fera pessima deuorauerat eum. Joseph itaq̄ ductus est in egyptum.⁊ seruiuit phuti=
phari eunucho pharaonis quem vxor eius dilexit libidinose.quia formosus erat.ipsa igitur
vocauit eū in thalamū suum.⁊ exorauit eū vt secū cōcūberet.quod ipse renuit. Unde indi
gnata mulier(timens ne reuelaret)clamando dixit:ꝙ ioseph voluerat cum ea per vim con
cūbere.⁊ ideo missus est in carcerem.vbi stetit diuturno tpe.⁊ cum erant eo pincerna ⁊ pa=
netarius siue panifex regis. Picerna aūt somniabat ꝙ regi seruiebat.⁊ sibi offerebat cyphū
plenum vino recenter de vua expresso. Quod somnium ioseph exponens.dixit ꝙ restitue=
retur ad pristinū officiū. Panetarius vero somniabat ꝙ ferebat panē supra suum caput.et
aues veniebant ⁊ comedebant illum. Et dixit ioseph qđ in cruce suspenderetur. Et ita acci
cidit ⁊ dum pincerna educeretur de carcere ioseph dixit ei ꝙ sui esset memor qn̄ esset in offi
cio suo. Sed post multa tpa cōtigit ꝙ rex somniauit se vidisse in agro vel pratis septem vac
cas pingues ⁊ totidē macras ⁊ macre destruebant crassas. Sōniauit etiā se vidisse septem
spicas fertiles:⁊ totidem steriles. Et illa somnia nesciuerūt exponere egyptij. Sed pincer=
na memor eorū que audiuerat a ioseph in carcere:statim illud regi notificauit.⁊ adductus
est ante presentiā regis. Et exponendo dixit septē vaccas pingues significare septē annos
fertiles.⁊ septē vaccas macras significare septē annos steriles. Qđ audiēs expetiuit quali=
ter famem illā vitare posset.⁊ sibi ⁊ suis succurrere. Joseph prudēs ⁊ discretus collecti tātū
in fertilibus annis de frumēto:qđ sufficeret pro septē annis sterilibus. Et ingruēte seu imi=
nente caristia:ioseph vendidit frumentū volentibus habere ⁊ emere.⁊ misit paleā mitti in
quēdā fluuiū.q̄ vsq̄ ad patriā patris sui delata est.quod videns iacob misit beniamin filiū
suum cū alijs fratrib⁹ suis ad patriā:a qua videbatur venire illa palea. Et cū beniamin ve=
nisset ad domum pharaonis:nō cognouit fratrē suū ioseph.licet eū ioseph bene cognouit.⁊
sibi vendidit annonē vel bladū.⁊ latēter abscōdit cyphū in sacco beniamin ⁊ ita recessit. Et
dum esset iā remotus a ciuitate ioseph ipm capi iussit.⁊ inuētus est cyphus.et dixit ꝙ deti=
neretur quousq̄ pater ⁊ fratres venirēt in egyptū. Et pro illis mādauit bēiamin. Qui cum
venissent pharaoni se obtulit ioseph.⁊ exhilaratus ioseph patrē suuū festiue recepit. Et io=
seph petiuit a rege ꝙ daret ei māsionē in loco remoto:qꝛ nolebat manere inter gentiles co
lētes idola.qꝛ ipe iude⁹ erat ⁊ soli deo seruire cupiebat. ¶ Exponitur allegorice sicut cōiter
vt Joseph sigt xpm q̄ somniauit ꝙ sol luna ⁊ stelle adorarēt ipm.qꝛ cū ipe crucifigeretur sol
eclypsatus est ⁊ alie stelle.fratres sui hoc est iudei.inuidebāt ei.qꝛ erat de semine dauid se=
cundū carnē.sibi remouerunt vestimēta sua.qꝛ iudas vēdidit eū scribis ⁊ phariseis pro tri
ginta argēteis.xps noluit obedire dn̄e sue.s.synagoge q̄ tūc erat dn̄a gētiū. Threnoꝝ pmo
⁊ ideo missus est in carcerē hoc est capt⁹ ligat⁹ ⁊ patibulo crucis affixus ⁊ ipe exposuit som
nia regis.hoc est postq̄ surrexit a mortuis exposuit sacrā scripturā ⁊ somnia:hoc est pphas
⁊ dctā ppharū discipulis exposuit. Quibus factis regnat canopi.hoc est oēs gētes sibi sub=
debātur.qꝛ ipe dn̄s est ⁊ rex regū oim. ¶ Ex hac hystoria pnt elici multe materie. Una de fi
delitate quā debēt hr̄e seruitores dn̄is suis.sicut ioseph fidelis fuit pharaoni. Scđa de re=
mūeratione faciēda per dn̄os seruitorib⁹ fidelibus qꝛ sicut seruus dn̄o obligat.ita ecōuer=
so dn̄s tenet remunerare seruitorē.sicut pharao q̄ pfecit ioseph toti egypto. Tertia de spū
pphetie ⁊ de somnijs ⁊ eorū expositiōe.de qb⁹ tractāt doctores theologi.⁊ albert⁹ magn⁹
de somno ⁊ vigilia aristotelis.sed ista sunt speculatiua ⁊ pter ppositū. Quarta de dilectiōe
parētū quā debēt habere filij.sicut ponit vnū pceptū decalogi.⁊ filij parētib⁹ in necessitate
cōstitutis obligāt succurrere ⁊ eis necessaria mīstrare.de quo moralis catho in sua ethica.
Parētes ama. Et etiam alibi in fine pri.cap.sui libri. Dilige nō egra caros pietate parētes.
Quīta materia esset de imprudētia detestāda multarū mulierū.q̄ tā illecebrosis ⁊ tā libi=
dinosis motibus afficiuntur.vt adulteriū in pprio corpe cōmittendū suos seruitores et sub=
ditos inuitēt. Sexta est ex parte huius historie de inuidia.que est viciū vile abhominabile
et detestandum.de qua horatius in vna epistola. Inuidus alterius reb⁹ marcescit opimis

Et est inuidia talis cōditionis q ipsa propriū actorē corrodit ꝛ punit. sicut ethna mons sulphureus seipsum cōsumit ꝛ vastat. Nā iustinus: inuidia nichil aliud est q que protinus ipsum actorē rodit excruciatq suum. Et pulcherrime describitur in Ouidio in. ij. methamor. circa finem vbi primo describit domū eius dicens. Domus est imis in vallibus antri abdita/ sole carens nonnulli perurat vento. Tristis ꝛ ignaui plenissima frigoris. Et de ipsa inuidia subiungit. Pallor in ore sedet macies in corpore toto. Nusq recta acies/ liuent rubigine dētes. Et aliam in hanc sententiā. Uirgilius aūt in. vi. eneyd. dicit eam habitare ante ipsum vestibulum. i. introitum orbi. Istis sic positis. ¶ Construe. Ioseph/ ille vir (nomē est indeclinabile) venditur in seruū/ liuore. i. inuidia/ suorū supple fratrū. ꝛ hoc potest esse eclypsis. dū ipse spernit. i. despicit/ vota. i. votiuas preces/ q pro ꝛ/ ꝛ minas sue dn̄e/ ardentis. i. ardore libidinis estuantis/ addictus. i. adiudicatus. vinclis. i. vinculis. Et dicitur a vincio vincis/ qd idem est quod ligo ligas. discussit. i. discutiendo exposuit ꝛ explicuit/ somnia regis pharaonis/ ꝛ regna totius canopi. i. egypti/ subduntur. i. abijciuntur ei scilicet ioseph. ¶ Hec hystoria cōuenit cum fabula premissa/ quia sicut ypolitus noluit consentire nouerce sue: ita etiā ioseph non obtemperauit dn̄e sue.

Grecorum primus inuestigat grammata cadmus
Postq seuit humidi dentes septemplices hydri
Quos nondum fato mersit fortuna sinistro
Ne patiatur idem se simulat esse drachonem

¶ Hic consequēter incipit Pseustis pponere aliā fabulā dicens. Cadmus primo inter grecos inuestigauit ꝛ inuenit litteras. postq ipse interfecit serpentem et dentes in terra seminauit: quos fortuna non mersit fato sinistro. Et ipse deinde pateretur se esse drachonē per filium ostendit. De auxilio cadmi ꝛ cōpositione thebrarū habetur in pricipio tertij de transformatis. ¶ Per cadmum itelligimus xp̄m: qui a patre agenore: hoc est a deo missus est in exilium huius mundi edificare ciuitatē. i. ecclesiam militantē consecrari. ꝛ querere europā filiā agenoris: hoc est humanam animam filiam regis celorum. raptam a ioue. i. a demone Dicitur consequenter q dum cadmus vellet edificare ciuitatem/ misit socios suos in siluā vetustam vt inde aquas viuas afferent: quibus ioui sacrificaret/ ꝛ reperiunt serpentē maximum crocei coloris: a quo omnes interfecti fuerunt. sed ipsum tandem occidit cadmus. ¶ Iste serpens tortuosus est dyabolus. vnde cadmus. i. xp̄s misit socios. i. patriarchas ꝛ prophetas ad siluam huius mundi ad hauriendum aquas gratiarum: sed omnes isti serpētes ad inferos detrusit. sed xp̄s post passionem suam omnes redemit a faucibus baratri: ꝛ ip̄m dyabolum taliter occidit. Cadmus iste accepit dentes istius serpentis/ ꝛ eos seminauit iuxta consilium Palladis ex quibus seges clypeatorum virorum orta fuit: quia inde nati sūt armati milites: qui statim se mutuis vulneribus interfecerūt. Ita xp̄s annullit artes demonis paratas interficere quoslibet. ꝛ homines malos serpentinos fecit iustos: et eos in agro ecclesie seminauit: qui facti sunt milites strenui fide: sicut legitur de paulo. ¶ Uel iste serpens significat inuidos ꝛ detractores seditiosos: qui non cessant alijs nocere vel verbo vel facto. ꝛ de dentibus istorū nascūtur milites vulnerantes se inuicem ꝛ occidētes. quia sepe qn̄ verba istorum nascuntur milites vulnerant seinuicē ꝛ occidunt/ sic sepe quando verba istorum detractoria seminantur/ inde veniunt discordie bella ꝛ occisiones hominum. ¶ Res gesta fuit q cadmus debellauit athenienses: qui semper tanq serpentes morsu venenoso sibi insidiabantur: ipse autem primo fuit simplex. deinde affectus est astutus et prudens. ideo dictus est serpens. Iste cadmus primus inuenit litteras grecas vt tangitur in primo versu nostri textus. Unde habentur ista metra. Abraam chaldeas: prudens cadmus quoq grecas. Moyses hebreas: carmentis nympha latinas. ¶ Circa aliam partem istius textus sciendum est. q in. iiij. methamor. circa finem describitur mutatio cadmi in serpētem. ¶ Iste cadmus potest significare quemlibet hominem qui alium occidit ꝛ superat serpentē. id est tēptationes demonis/ et quinq sensibus edificat sue anime ciuitatem paradysi si in virtute permanet: sed aliquando recidiuat ꝛ reincidit in peccatū: ꝛ de iusto homine efficitur peccator venenosus: ꝛ sic dicitur mutari in serpentē. ¶ Construe. Cadmus: ille iuuenis primus id est ante alios omnes/ inuestigat. i. inquirit vel inuestigādo inuenit: grāmata. i. litteras/ ꝛ est grāma nomen grecū/ grecorū illorū populorū/ postq ipse seuit. i. seminauit/ humi. i. terre/ ꝛ ponitur absolute in gtō scdm̄ Priscianū ꝛ alios grāmaticos/ ꝛ sic bene obseruat vsus dētes hydri. i. serpētis/ ꝛ dr̄ ab hydros qd est aqua/ septēplicis. i. habens septē plicas: quos sc3

gentes fortuna/nondum pro non & adhuc:non mersit/fato sinistro.i.auerso.qr homines so-cij cadmi nõ fuerũt oẽs occisi a serpẽte.vl' sic.nõ mersit fato sinistro.quia in homines fuerũt mutati.& istud non est fatũ sinistrũ/iste cadmus simulat.i.simulando se monstrat esse dracone m.i.serpentẽ.ne patiat idẽ.Uel hec clausula potest constitui post secundum versum.breuiter illud est satis obscurum et male intelligibile.

Raptus aquis moyses magicas euerterat artes
Omnis eum regio timuit circumflua nilo
Eduxit ciues/submersit fluctibus hostes
Memphios exitium testatur adhuc mare rubrum

¶ In hac parte alithia subiungit suam historiam.& tractat de tempore legis. Et diuiditur ista pars in duas partes. Primo describitur qualiter lex data fuit. Secundo qualiter populus se habuit in terra promissionis.secunda ibi. Uictrici populo. Item prima in duas. primo ostẽdit q lata et data est lex.secundo describitur processus populi per desertum ad terram promissionis.secunda ibi. Offensus balaam. Primo describit legis datio.scdo dathan chore et abyrõ murmuratio.secunda ibi. Fata chore miseri. Primo educit populus de egypto. Scdo ponitur ydolatria filiorũ israel.dum daretur lex.secunda ibi. Insignem vitulum. ¶ In prima parte principali dr sic breuiter. q moyses omnes artes magicas destruxit.et omnis patria nilo circũiacens ipsum timuit.& eduxit filios israel de egypto.& pharaonem & alios sibi complices submersit.& istam destructionem mare rubrũ testatur. ¶ Expedite sunt quidem multe historie in libro. Gen. scripte. hec aũt pñs quantũ ad illaz partem. Rapt9 aquis moyses scribitur Exodi.ij. vbi dr. Egressus est vir de domo leui.et accepit vxorez stirpis sue que cõcepit & peperit filium.& vidẽs eũ elegantem abscõdit eũ tribus mensib9. Cũq3 iã celare non posset.accepit fiscellam scirpeã.et liniuit eũ bitumine ac pice. posuitq3 intus infantulum.exposuitq3 eũ in carecto ripe fluminis. Et ecce filia pharaonis descẽdebat vt lauaretur in flumine.& puelle eius gradiebant p crepitudinem aduei.& misit vnã ex famulab9 que sitũ fiscellam.& reperit puerũ vagientẽ.& vocata est mater.& sibi traditus est nutriendus.& adultũ filie pharaonis tradidit.que illũ adoptauit in filiũ.et vocauit moysem. qr de aqua eũ tulerat. Moys eñi grece aqua dr latine. Causa aũt propter quã mr filiũ exposuerat pharao.est qr pharao fecit edictũ q oẽs masculi iudeorũ occiderent. ¶ Quãtũ ad illã clausulã (magicas euerterat artes) historia habet Exo.vij. vbi narratur qualiter ex pcepto dei moyses dixit ad Aaron fratrẽ eius.q in presentia pharaonis tolleret virgã manu.& pijceret eã corã pharaone & versaret in colubrũ.qd et factũ est & idẽ fecerũt magi incãtatores pharaonis. Deinde precepto dei extẽdit aaron virgã sup aquas egypti in pñtia pharaonis.& tũc lacus et paludes & oia versa sunt in sanguinẽ.& pisces mortui sunt. Et idẽ fecerũt malefici egyptiorũ incãtationibus suis. Et induratũ est cor pharaonis. Ista virga est in sanctissima illa ciuitate gallie suessonica vrbe.in ecclesia cathedrali scz sancti geruasij.& eã vidi.tenui.& osculatus sum. Uñ cũ quadã die rex in aula sua esset cũ suis militibus moyses cepit coronã regis in capite suo.& cũ pedibus eã dilacerauit. hoc cõsiderantes magi pharaonis dicebãt illum peruersurũ fore deos eorũ rex voluit eũ occidere.sed quidã senex ait. Nescit qd facit.date ei carbonẽ ardentẽ et aliũ extinctũ.& videbis qd faciet. Et dederũt in manu.& in ore posuit ardentem.et sic insanũ se finxit.vnde semp postea balbutiuit. ¶ Legit vlterius q cũ moyses iudeũ et gentilẽ rixari videret.clauso pugno occidit gentilẽ & eũ sepeliuit in arena ¶ Legit vlterius q ipse prepositus & custos iudeorũ factus est. Judei aũt tũc tẽporis pharaoni seruiebãt in luto et palea. Moyses vero quendã iudeũ stantẽ ociosum videns dixit ei. Amice quid est q ociosus es & non operaris. Cui iudeus prorũpẽs in verba cõtumeliosa dixit. Me occidere putas sicut pridie seruum regis occidisti. Postq3 hoc audiuit moyses:fugit de egypto in ethiopiã vbi erat sacerdos quidam nomine getro.& ibi filiam duxit in vxorem.

¶ Postea precepit ei dñs vt iret ad pharaonẽ ad dicendũ sibi q dimitteret populum suum in pace de terra sua exire.& precepit ei virgã portare secũ & ex ea signa facere. Et illud mandatũ dei denunciauit moyses pharaoni. ¶ Circa illã partẽ.(Eduxit ciues)sciendũ est q materia illius particule expeditur Exodi.xiiij.cap. vbi determinat de transitu per mare & submersione egyptiorz.vbi dr. q iuxta mandatũ dei moyses pcepit filijs israel existẽtib9 in egypto q oẽs recederẽt.qd & fecerũt. Sed pharao cũ vniuerso equitatu & currib9 suis perseqbatur eos. Uñ preteriti sunt filij israel.quos cõfortauit moyses dicens. Nolite timere et state et videte magnalia dei q facturus est hodie.quos eñi nũc videtz.nequaq3 videbitz i sem

piternũ. Et dixit dñs moysi. Eleua virgam tuam et extende manũ tuam supra mare. ⁊ di=
uide illud vt gradiantur filij israel in medio maris per siccũ. et ita factum est. Egyptij autẽ
ingressi sunt post eos. sed ipsis fugiẽtibus occurrerũt aque et inuoluit eos dñs in medijs flu
ctibus. Uñ moyses et filij israel carmen domino dixerunt. Cantemꝰ dño. ⁊c. ¶ Historia ap=
plicatꝛ. Moyses significat xp̄m. ⁊ virga est crux que effugauit oẽm potestatẽ demonis. sicut
ipsa in serpente mutata deuorabat alios serpentes. Mare rubrũ significat baptisma. quod
fuit effectũ rubeũ per aspsionem sanguinis preciosissimi xp̄i. Pharao cuius cor induratum
erat in pctis dyabolũ significat. ¶ Aduertendũ est ꝙ deus voluit mittere decẽ plagas egy
ptijs propter pctm̃ pharaonis detinẽs filios israel. et habetur Exod. ab vij. cap. vsq ad. xij.
in quo ponitꝛ recessus eorũ cũ vltima plaga. Et de istis plagis tractant comuniter exposito
res puta in illa parte in qua agitur de diebus egris vel egyptiacis. ⁊ allegantꝛ ista metra in
quibus continentꝛ duodecim plage principales. Unde versus. Prima rubens vnda. ranaꝝ
plaga secunda. Inde culex tristꝫ. post musca nocentior istis. Quinta pecꝰ strauit. vesica sexta
creauit. Pone subit grando post brucus ore nephando. Nona tegit solem pruina. necat vl=
tima prolem: ¶ Quia vero vbiq in ista materia dicit textꝰ biblie ꝙ deus indurauit cor pha
raonis. ideo esset hic tractanda materia de predestinatione. qualiter aliqui sunt predesti=
nati ad bonũ et aliqui ad malũ. De qua materia tractat Boetius. v. de consolatione philo=
sophie. Et vndecima plaga est lapsus supientiam: et reputatur difficillima a theologis ⁊ ca
nonistis. et comunem hominum valentiam et intelligentiam exuperans. ideo merito mihi
tacendũ esse decreui. ¶ Ex decursu tamen huius historie clare patet ꝙ deus nunq̄ populũ
suum derelinquit. nec peccatores etiam dimittit impunitos. vt probat Boetius. nunq bo
nis deesse premia. malis vero supplicia. Ideo dr̄ in psal. Sperantẽ in domino misericordia
circundabit. Et alibi dr̄. Confringet dñs virgam peccatorũ et iter impiorũ peribit. Deꝰ enĩ
supbis resistit. humilibꝰ autem dat gratiã. ¶ Cõstrue. Moyses raptus aquis. i. ab aq̃s euer
terat. i. destruxerat artes magicas. i. incantatorias et illicitas (artes magice sunt prohibite
et geomanchia. nigromanchia. et cyromanchia et consimilibus a mago. Est autẽ magꝰ in=
cantator ⁊ astrologus supstitiosus. Licet aliqñ magi dicantꝛ a magnitudine scientie et in bo
na significatione vt in historia epyphanie. vbi fit mentio de tribꝰ magis) ois regio. i. egyptꝰ
circũflua. nilo fluuio ibi famoso. i. circa quẽ nilus fluit. timuit eũ. scꝫ moysen. ipse eduxit. i. ex
tra seruitutem egyptiorũ duxit ciues. i. filios israel. submersit hostes. scꝫ pharaonẽ et alios
fluctibus. i. inũdationibus maris. mare rubrũ. i. rubeum testatꝛ adhuc exitium. i. tormentũ
⁊ destructionẽ. Et dicitur ab excido/dis. mẽphios. i. egypti. Memphis nomẽ est partis egy
pti. ⁊ hic per synecdochen sumitur pro toto egypto. Itẽ ꝙ moyses eduxit ciues significat ꝙ
xp̄s eduxit abrahã ⁊ alios patriarchas et patres de domo tartarea ⁊c. Hec historia conue=
nit cum fabula priori. qr sicut cadmus mutatus est in serpentẽ. ita virga moysi: et sicut cad=
mus erat dux thebanorum. ita moyses filiorũ israel.

Summa iouis calidas europe forma medullas
Mouit et in taurum deitatis vertit amictum
Uirgine stuprata non passus agenoris arma
Nomen donat ei quod habet pars tertia mundi.

¶ In hac parte pseustis narrat aliam fabulã dicẽs. ꝙ iupiter accensus amore europe filie
agenoris. mutauit se in taurũ ⁊ corrupit europã. Et tertiã partem mundi europẽ appella=
uit. Ista fabula scribitꝛ in fine scd̄i libri methamorphoseos vbi dr̄. ꝙ iupiter modũ quo euro
pa potiretur considerãs eã ad armẽta patris venientẽ sciuit. Ipse ergo se in taurũ cãdidis=
simũ transformauit. cui virgo sertũ inter cornua intexens flores et herbas comedẽdas de=
dit. ⁊ quasi iocanda sup taurũ mansuetũ ascẽdit. q̃ facto transijt ad mare et secũ europã cor
nibus herentẽ vexit. et eã deflorauit. Historica veritas fuit ꝙ iupiter filiã agenoris regis sy
donie vel africe quibusdã munusculis decepit. ⁊ i naui i qua erat depicta imago tauri posu
it qr eã sibi pr̄ eiꝰ denegauerat. ¶ Phisice iupiter est ether vel aer supior q̃ calidus est. euro
pa significat aerẽ inferiorẽ hũidũ ex quibus mixtis generantur bona p mortalibꝰ. Aliter ex
ponitꝛ. Jupiter. i. dei filiꝰ se mutauit i taurũ. i. in hoiem. vt europã. i. aiam humanã quã ama
bat. in paradiso collocaret. Et xp̄s bene dr̄ taurus. qr imolatus est p nobis in cruce. Et istaꝫ
aiam ad aliud litus. s. paradisi duxit. Et potest applicari ad insipientiam aliquarum mulie
rum que se permittunt decipi et deflorari. Et in illius vitij occasione sunt dãtes audaciam
viris vt ad experientiam est videre. Postremo iupiter qui se mutauit in taurum candiduz

potest significare hereticos qui fingũt se habere puritatẽ ⁊ cãdorẽ cõscientie qr angelus sathane trãsfigurat se in angelũ lucis. ❡ Circa vltimũ versum huiꝰ partis sciẽdũ est tres sunt pricipales terre partes. Europa. Affrica. ⁊ Asia. Uñ in asia sunt sex regna. s. Nabatheorũ in ortu solis. Egyptiorũ circa ethiopiã. Persarũ. Chaldeorũ vbi est terra promissiõis. Regnũ medorũ. ⁊ regnũ assiriorũ vbi cõdita est babylon. Itẽ in europa sunt quinqꝫ pricipalia regna scꝫ Grecorũ. Italorũ. ⁊ Germanorũ. Frãcorũ. hyberorũ: hoc est hyspanorũ. In affrica sunt duo. scꝫ maurorũ ⁊ ethiopũ. Et in his tribus partibus tres ciuitates principales sunt. Roma in europa. Chartago in affrica. Babylon in asia. ❡ Cõstrue. Forma. i. pulchritudo. summa. i. excellens ⁊ egregia europe. illius mulieris. mouit. i. commonit. medullas calidas iouis in amorẽ eius. ⁊ vertit. i. mutat. amictũ. i. coopertimẽtũ (de amicio/cis. i. tego tegis) deitatis sue in taurũ. virgine. s. europa. stuprata. i. violata. corrupta. deflorata. (⁊ dicitur a stupror/aris. quod dicitur de stuprũ. Isti ablatiui sunt absoluti eo modo quo scdm vsum dicũt ablatiui poni absolute) iupiter nõ passus arma agenoris regis (in hoc videtur tangi hystoria) ipse donat ei. scilꝫ europe nomen. quod tertia pars mundi habet. quia dicta est europa.

Insignem vitulum conflauerat ignis ⁊ aurum
Ex aaron digitis insanit turba rebellis
Stirps leui postqꝫ domini compescuit iram
Pontificalis ei datur infula iure perenni

❡ In hac parte ponit alithia hystoriã suam in qua tangit idolatriã filiorũ israel. Et dicit ꝙ aaron cum igne fecit vitulũ ex auro. quẽ populus iudeorũ adorauit. ⁊ quia stirps leui consentire noluit nec idolatrauit: ideo semp obtinuit dignitatẽ sacerdotalẽ. Hec hystoria scribitur originaliter Exod. xxxij. vbi habetur ꝙ populus iudeus (quia morã fecerat moyses) descendit de monte dixitqꝫ aaron. Fac nobis deos qui nos precedãt. Et aaron ait. Tollite inaures. i. ornamenta aurea ⁊ afferte ad me. Que cum recepisset aaron formauit opere fusorio. ⁊ fecit ex eis vitulum. ⁊ crediderũt ꝙ ille esset deus qui eduxit eos de terra egypti. Et locutus est dñs ad moysen dicens. Uade ⁊ descende peccauit populus tuus. Cerno ꝙ populus iste dure ceruicis sit. ⁊ per moysen placatꝰ est dñs. Et reuersus est moyses de mõte. portans duas tabulas testimonij. manu descriptas ex vtraqꝫ parte ⁊ factas opere dñi. Et ipse audiens clamorem que fiebat adorando vitulũ. iratus proiecit tabulas de manu ⁊ confregit eas ⁊ arripiens vitulum cõbussit ⁊ cõtriuit vsqꝫ in puluerez. ⁊ increpauit aaron. Sed ad moysen congregati sunt filij leui. quibus ait. Ite ⁊ occidat vnusquisqꝫ fratrem suũ et amicũ ⁊ proximũ suũ. ⁊ ita factum est. ❡ Et ait. õsecrastis hodie manus vr̃as dño. vt benedictio detur vobis. ❡ Aaron sigñt populũ iudeorũ. moyses destruens idola. est xp̃s cõfringens idola. ad q̃ adorãda qñqꝫ aliqui inducũtur per aurũ ⁊ bona terrena. Tribus leui est populus xp̃ianus. qui vero deo obediũt. ⁊ in ipsum credidit qua propter benedictionẽ: hoc est gloriã sempiternã promeretur. ❡ Aduertẽdũ est hic ꝙ idolatria est maximũ vitiũ ⁊ pctm̃. quo q̃s honorẽ videlꝫ ⁊ cultũ exhibet creature. q̃ soli deo debetur. Et ille cultus dei dr̃ latria. Juxta illud. Dulia cõmunis hoiqꝫ deo paratur. Atqꝫ deo soli latria iure datur. Uñ de latria q̃ seruari debet deo ⁊ exhiberi ⁊ de fide dt Aug. de verbo dñi. Nulle maiores diuitie. nulli thesauri nulli honores. nulla huius mundi maior est substantia: qꝫ sit fides catholica: q̃ hoies peccatores saluat cecos illuminat. infirmos curat. cathecuminos baptisat. fideles iustificat. penitentes tẽperat. iustos augmentat. martyres ornat. virgines viduas ⁊ cõiugales casto pudore cõseruat. clericos ordinat. sacerdotes consecrat. in eterna hereditate cũ sanctis angelis collocat. ⁊ in obseruatiõe fide cõsistit latria. Et per oppositũ idolatria. ❡ Cõstrue. Ignis ⁊ aurũ cõflauerat. i. conflando fecerat. vitulũ. i. vituli imaginẽ. i. ignominiosum ⁊ maledictũ vel execrabilẽ. Unde insignis capitur dupliciter. iuxta illud metrũ. Nobilis isignis simul ac ignominiosus. Et pro ignominioso capitur a Terentio in eunucho. vbi dicit. haccine ego vt cum tu cõtumeliam tam insignem accipiã gnato. Glosa. insignem. i. infamem vel ignominiosam. ex digitis aaron illius viri turba. i. societas iudeorũ rebellis cõtra deũ ⁊ scdm naturam propriam insanit celebrando festa ad honorẽ illius idoli. postqꝫ stirps. i. ꝓgenies. leui illius viri (nomẽ est indeclinabile. a quo dr̃ leuita. i. dyaconus: sicut ibi. Leuita laurẽtius) cõpescuit. i. pacificauit. irã dñi. i. deũ iratum. infula (scdm catholicõ est faciola sacerdotalis capitis albi in modum dyadematis. a qua vitte ab vtraqꝫ parte dependent que infulam vinciunt. Et infula est vestis vel ornamentum epistole vel sacerdotale) pontificalis. id est ad põtificem pertinens. datur ei scilicet stirpi leui. iure perenni. scꝫ perpetuo et quasi hereditario

¶ Fabula ⁊ hystoria in hoc cōueniūt: qꝛ sicut iudei fecerūt taurū vel vitulū. ita iupiter mu
tauit se in taurū. Et sicut iupiter deus fecit se taurū: ita isti adorabāt illum tanꝗ̄ taurum.

Uxoris stimulos luis amphiarae sacerdos
Pectore flagrantis dum splendet bacca monilis
Hausit eum subito specus ex acheronte profundo
Mactat eam tenebris orbate dextera prolis

¶ In ista parte pseustis ponit aliam narrationem dicens. ꝙ amphiraus grecus penas su-
stulit per stimulos ⁊ monitiones vxoris sue ornate monili splendido existēte in pectore suo
⁊ eum precans vt iret aduersus thebanos cum alijs: vbi absorptus est a terra ⁊ descēdit in
acherontem cuius filius matrem suam interfecit. quia patrem ad eundum illuc induxerat
Ista est venustissima ⁊ pulcherrima hystoria de bello thebano. qđ eleganti stilo ⁊ faceto no
ster describit statius in. xij. libro thebaydos/ ⁊ breuissime tangitur in ouidio methamor. ix.
Et vt quantum facit ad ꝓpositum sub breuitate narratur. Sciendū est ꝙ in. v. cap. secundi
libri thebaydos qđ incipit. Ecce metu ⁊c̄. tangūtur duo portenta que cōtigerūt de nuptijs
ipsorū polycis ⁊ thydei/ ⁊ ꝓpter monile qđ argia gestauit et quod vxor amphiray maligne
concupiuit. in cap. ix. ⁊ finali. vij. libri ostēditur quō terra vatē amphirauū viuū in curru bel-
lantem absorbuit/ qui in infernū cū armis ⁊ curru viuus demersus est. Et incipit istud cap.
ibi. Tandē se famulo. Ista est quotatio quā fecit Laurentius cāpanus in cōpēdio prosaico
huius hystorie ab eo cōposite. Et hūc laurētiū (quē oculis intueri parisius possumus) credo
egregijssimū excellētissimū poetarū viuentiū: omnes versificatores exuperantē et elegan-
tia ⁊ ponderi meri equabilissimo. sicut magr̄ nicolaus de clamēgijs natiōe gallicus dn̄i pa-
pe benedicti. xiij. secretarius/ cantor baiocēsis/ ⁊ oratorū vel rhetorū sydus vnicū ⁊ iubar ni
tidissimū. ¶ Sūma hystorie est ista Ethiodes ⁊ polinites filij fuerunt edypti q̄ p̄re suo mor
tuo cū vellēt cōiter regnare nō poterāt. sed ꝯcordauerūt ꝙ alter per annū regnaret ⁊ alter
recederet per annū: ⁊ in fine anni rediret ⁊ regnaret. ⁊ q̄ prior regnasset etiā recederet dede
rūt sortē vt scirent q̄s prior recedere deberet. Et cecidit sors supra polinitē: q̄ a patria rece-
dens ad adrastū regē venit grecie: cui fataliter in generū destinatus est: desponsata sibi ad
rasti filia Argia nomine. Cū vero finito anno polinites repoposcit regnū. illud sibi denega-
uit ethiodes. Polinites vero adrastū suū socerū ⁊ titidē q̄ aliā eius filiā delphilā noīe habe
bat vxorē: ⁊ oēs alios grecos mouit ad bellū cōtra fratrē suū. Un̄ dicit ouidius circa mediū
ix. vbi tangit breuissime hanc hystoriā. Deflentqꝫ pares in vulnere fratres. Sed cum exer-
citum hesitantē videret ꝓpter amphiarauū q̄ erat vnū de. vij. ducibus ⁊ vates erat: et bellū
modis oībus dehortabatur eis vaticinās malū. Uxor vero polinitis argia infaustū nomīe
habebat qđ ipsa dedit auriphile vxori amphiarai/ ⁊ illa maritū suū abscōditū reuelaret et
ad bellū mitteret. Erat autē hoc monile tale ꝙ omnibꝰ interitus fuit. Amphiarus ergo pro
ditus ab vxore. primo ad bellū vadens. a terra viuus absorptus est. vn̄ almeon filius eiꝰ ira
tus m̄rem in vltiōe p̄ris sui interfecit. Ueritas fuit ꝙ amphiaraus precibus vxoris sue iuit
ad bellū: ⁊ in palude cecidit ꝓpter qđ matrē occidit filius: sed auunculus eiꝰ flegreus noīe
curiphiles filiū qui matrē sororē occiderat/ īterfecit. ¶ Si hystoria moralizari debeat. Am
phiaraus. i. aīa exn̄s in hoc mūdo in cōtinuo bello cōtra carnē/ mundū ⁊ demonē/ deceptio
nis vxoris sue. i. carnis ⁊ appetitus sensitiui/ cecidit in paludem viciorū. sed hec sensualitas
a ratione (que dn̄ari debet ⁊ sibi sensui subijcere) fuit occisa: ⁊ amphiaraus redijt ad sensum
virtutis. ¶ Ex hac hystoria patet ꝙ execrāda est ambitio dn̄andi q̄ fecit vt isti fratres mu-
tuo bellarēt. Iuxta illud ouid. de etate ferrea. Fratrū quoqꝫ gratia rara. Et istud venit q̄a
aliqui homines sunt adeo excecati bonis tēporibus. ꝙ in ipsis ponunt felicitatē suā. Qđ tn̄
reprobatur a pho in. i. ethi. ⁊ in. x. similiter a Boetio in. ij. ⁊. iij. de cōsola. phie. et per totū de-
cursum libri Eccle. vbi Salomō istā materiā latissime ⁊ perfectissime disputat. ¶ Construe
O amphiarae sacerdos. dr̄ quasi sacra dās vel sacra docēs/ vel sacris dotatus/ luis. i. persol
uis puniris moriēdo sustines stimulos. i. monitiōes stimulātes vxoris tue. dū bacca. i. lapis
p̄ciosus/ scđm catholicō bacca per duplex c/ est fructꝰ oliue vel lauri. ⁊ ponitur pro quolibet
fructu p̄cipue siluestri: ⁊ etiā ponit̄ pro gēma: vt hic in auiano. Qđ nitido p̄ciū cortice bacca
daret. ⁊ in̄ baccatꝰ. i. baccis ornatus. Baccha per h/ est sacerdotissa bacchi. Monilis. i. illiꝰ or
namēti. ⁊ dr̄ a mouēdo. flagrātis. i. ardētis. Iuxta illđ Ebrardi. Fla facit ardorē/ sed fra de-
signat odorem. Splēdet. i. lucet vel fulget/ pectore argie/ specus. i. fouea. hausit. i. absorbuit
subito eū. scilicet amphiatrum/ ex acheronte. i. inferno. ⁊ dr̄ acheron ab a qđ est sine/ ⁊ chere

quod est salus profundo/dextera prolis.i.filij/orbate.i.priuate/patre.i.almeon filius amphiari defuncti/mactat.i.occidit tenebris eam scilicet matrem suam.

Fata chore miseri parere monent meliori
Accipit infernus quem deuorat arida tellus
Sed deus occulte moysen sepelierat ipse
Nec cuiq̃ hoim̃ dedit indagare sepulchrum

¶ Hic consequenter Alithia subiungit hystoriam suam. Et dicit q̃ mors miserabilis Chore debet monere quemlibet ad obediendum deo. Nam iste viuus descendit ad inferos. Deinde dicit q̃ deus moysem mortuum abscondit: nec permisit q̃ aliquis sepulchrum eius reperiret. ¶ Expediuit actor iste prius aliquas hystorias de exodo. hec autem habentur numeri.xvi. vbi dicitur. Ecce autem Chore filius ysaur filij Leui et Dathan atq̃ Abyron filij Elyab surrexerũt contra Moysen/alij quoq̃ filiorum israel ducenti quinquaginta viri proceres synagoge. Unde Chore voluit sibi vsurpare sacerdotium aaron. Dathan et Abyron volebant esse principes exercitus loco moysi. Et moyses dixit eis. Uenite cras ꝛ afferte thuribula vestra: ꝛ dominus ostendet quem volet preesse sacerdotio. Sed dominus misit ignẽ complices Dathan ꝛ Abyron qui voluerũt resistere moysi vi: ꝛ de facto nõ obedire. Postq̃ cessauit Moyses loqui: confestim dirupta est terra sub pedibus illorum: et aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis: ꝛ cum vniuersa substantia eorum: ꝛ descenderũt viui in infernum aperta humo: ꝛ perierunt de medio multitudinis: sed et ignis egressus a domino interfecit ducentos ꝛ quinquaginta viros qui offerebant incensum. In duobus vltimis versibus huiꝰ partis describitur mors Moysi que habetur originaliter. Deut.xxxij.ca. vbi iussit eum dominus ascẽdere montem abaryn in montem nebo in verticem phasga contra hierico: ꝛ ibi mori sicut in monte hor mortuus erat Aaron frater suus. Et vt in textu nostro dicitur mortuus est ibi Moyses seruus domini in terra moab: iubente domino: et sepeliuit eum in valle terre scilicet moab contra phagor: ꝛ non cognouit homo sepulchrum eius vsq̃ in presentem diem: forsitan ne a iudeis adoraretur vt deus. ¶ Construe. Fata. Fatum aliquando sumitur pro diuina dispositione: et inde dicuntur tres dee fatales a poetis. Iuxta istum versum. Cloto colum baiulat: lachesis trahit: atropos occat. Aliqñ pro morte vt hic: vel ponitur hic pro infortunio/Chore illius viri miseri/monet quelibet parere.id est obedire/meliori.i.deo: qui est in omnibus melior ꝛ superior. infernus: ꝛ dicit ab infra ꝛ furnus: accipit illum: quem tellus.i.terra/arida.i.sicca: a propria ꝛ naturali qualitate sua: quã sibi determinat in summo: vt patet.ij. de generatione: deuorat absorbendo eum viuũ. Sed ipse deꝰ qui illum punjuerat. etiam sepelierat.i.sepeliri fecerat occulte.i.clam/secrete moysen hunc hominem: nec pro ꝛ/ꝛ non dedit.i.non permisit vel concessit: cuiq̃ hominum.i.alicui indagare.i.inquirere/ꝛ quesitum inuenire sepulchrum suum. ¶ Aduertendum est hic q̃ h non est littera: iuxta illud Alexandri in suo doctrinali. Uersificatores h pro nulla reputabãt. Et ergo ponitur vocalis o post immediate ꝛ sine collisione: nec ideo potest excusari per eclypsim: ꝛ sic est metheosis species methaplasmi qua vti non licet: licet vti possimꝰ eclypsi et synalympha vt poete vtuntur: q̃uis auctor doctrinalis hoc prohibeat cui in hoc non consentio. ¶ Hec hystoria ꝯuenit cum fabula in hoc q̃ sicut amphiaraus fuit absorptus: ita isti tres de quibus hic loquitur/Chore/Dathan/ꝛ Abyron.

Uentilat oestro decoratam cornibibus yo
Juno ferox ꝛ ei tutelam deputat argi
Donec effigiem redijt mutata priorem
Mugit pro verbis horrentibus obsita setis.

¶ Hic Pseustis continuando altercationem suam pro libito incipit narrare aliam fabulam dicens q̃ iuno dea exagitabat cũ oestro: mulierem quandam dictam yo habentem cornua cui custos argus fuit deputatus: ꝛ fuit mutata in vaccam mugientem: donec iterato in muliebrem effigiem cõmutata fuit. Istius fabule series habetur in primo methamor. vbi tractatur q̃ yo filia ignachi fluminis a ioue nimium dilecta fuit: que a facie ioue fugiens tandẽ caligine terras obscurante a ioue deprehensa est: cuius pudorem ipse rapuit: sed ne furtiuũ eius coitum soror eius ꝛ coniunx iuno perciperet: iupiter ipsam yo mutauit in vaccam. Un-

de dicit Oui. Bos quoque formosa est. ¶ Jupiter potest significare diabolum: qui vt aiam decipiat eam nebulis peccatorum et ignorantie includit: quia omnis malus et ignorans breuiter efficit ipsam aiam bestialem et vitam pecudum eligentem: et que sequitur appetitum sensitiuum: et non dictamen recte rationis. ¶ Consequenter dicit textus quod yo existens prope fluuium patris ignachi: videns se habere effigiem vacce timuit: et oculos ad ionem erexit: et iterum in feminam rediit. Ita aia aliquando rediens ad sacram scripturam et ad se et suam conscientiam perscrutans reperit se habere cornua superbie et brutales conditiones: et tunc debet orare deum vt redeat in pristinum statum gratie et charitatis. Et sicut pater ei condolebat et compatiebatur: ita prelati debent condolere peccatoribus: immo et omnis proximi. ¶ Ulterius aperit textus quod iuno suspicans aliquod malum fuisse perpetratum a ioue: petit illam vaccam a ioue: quam ipsa tradidit custodiendam argo pastori habenti centum oculos: de quo Ouidius. Centum luminibus tinctum caput argus habebat. Sed iussu iouis mercurius cum virga sonifera et cantus dulcedine dormire fecit argum: et eum occidit et yo liberauit: quia iterum mutata est a ioue in feminam. ¶ Istud sic exponitur. Juno significat ecclesiam sponsam christi: yo iuuenca populum significat xpianum ecclesie a xpo commendatum. Argus significat quemlibet prelatum cui commissa est yo: populus xpianus regendus tales debent habere centum oculos per prudentiam exactissimam. Mercurius significat adulatores qui assentantur prelatis varijs modis. Et hanc artem adulationis tangit Teren. ille gnato in eunucho. Isti enim adulatores excecant et dormire faciunt prelatos in vicijs: et sic yo a iurisdictione eorum ad iurisdictionem demonis transfertur: et argus damnatione eterna moritur. ¶ Aliter. Argus est diabolus detinens animas peccatrices: quas mercurius .i. xps per passionem suam liberauit: et per virgam crucis redemit. ¶ Quoniam vero de iunone mentio fit: ideo eius descriptio poetica videatur. Juno est dea regnorum partium et diuitiarum: soror et coniunx iouis: que semper fuit virga alumna mercurij et pingitur femina tenens in dextera sceptrum regium: habens caput velatum nube: et vestem diuersorum colorum. Iris autem est eius nuncia: pauones pedes eius lambunt. ¶ Post istam possumus intelligere virginem celi et omnium diuitiarum dominam: semper enim ista permansit virgo: et nutrita est in mari propter acerbissimos dolores quos passa est eius caput velatum est nube castitatis / vestem habens multiplicis honestatis: eam ambit iris sua nuncia que significat rorem misericordie et pietatis: habet sceptrum quia domina est celorum et regina / pauones .i. sancti viri lambunt pedes eius per deuotionem et orationes. Uel iuno potest significare ecclesiam sponsam xpi. ¶ Physice exponendo iuno significat inferiorem aerem iupiter vero etherem vel ignem: ideo dicitur vxor eius: quia supponitur soror: quia sibi approximatur. Iris bene sibi attribuitur: quia in aere gignitur. Neptunum dicitur nutriuisse: quia ex vaporibus videtur nutrire aerem. ¶ Fulgentius per iunonem intelligit diuitias tpales per quas ad diuina deuenitur: et dicitur habere caput tectum: quia diuitie absconduntur et celantur per neptunum: hoc est per mare diuitie habentur multe: induitur multis coloribus: hoc est diuersis apparatibus. pauones hoc est nobiles solent talibus diuitibus adulari et seruire. Iris nuncius celestis significat viros ecclesiasticos: quos prochdolor modernis temporibus videmus magnatibus secularibus famulari: ita vt quas liceret animas subditorum celesti pabulo reficere isti in detrimentum anime sue et subditorum dominis temporalibus blandiuntur / famulantur et inseruiunt. ¶ Construe. Juno illa dea, ferox .id est crudelis / ventilat .i. agitat / oestro .i. cum tali musca que alio nomine dicitur tabanus vel fucus yo illam mulierem / decoratam .id est decoram: et pulchram effectam cornibus: et deputat .i. tradit vel committit ei tutelam .id est custodiam / argi illius viri. hec littera legitur hypalagice: non enim erat tutela argi ipsius yo: que custodiebatur yo obsita .i. circundata / setis .i. pilis horrentibus (seta secundum Catholicon dicitur a sus: quia a sue procedit: vel a suo / suis: quia valet ad suendum. Unde setosus / setosa / setosum: vt in bucolicis virgilij. Setosi caput hoc est apri. etc. Et inde seto / setas: et insito / insitas: setula nomen diminutiuum / mugit .i. clamat vel vociferat: et est proprium boum vel vaccarum: sicut ridere hominum: et grunire porcorum. pro verbis .id est loco verborum: donec ipsa mutata scilicet de vacca rediit in priorem effigiem scilicet humanam. ¶ Istam fabulam legunt aliqui hystorici de ioue crethensi: et ignacho rege et patre yo: et hoc est facile.

Offensus balaam calcaribus vrget asellam
Angelus occurrit pecudem qui stare coegit
Res horrenda nimis: laxatur vox animalis
Que consueuit homo producere verba loquendo.

¶ Hic alithia inuitatur per pseustim ad accipiendū materiā correspondētē materie pmisse per pseustim. sicut semp ipsa ab eo inuitat. qz pseustis primo semp inuitat alithiā. iuxta legem istius carminis amabei: ideo ponit ab ipsa alithia historia que continet vnū qd accidit in processu filiorū israel p desertū ad terrā promissionis. Et dr textualiter q balaā irat⁹ pungebat asinā suam calcarib⁹: cui angelus occurrēs fecit asinā stare: ꝛ ibi res mira ꝛ horrēda visa est: qz asina cepit voces emittere sigtiuas quales ab ore humano emitterent ¶ Hec historia scribit originaliter. Nūeri. xxij. vbi narrat q audiēs et timens balach fili⁹ sephor rex moabitarū aduentū filiorū israel. i. iudeorū: ꝛ eorū transitū per terrā suam ne eā vastaret. misit nunciū ad balaā ariolū/ hoc est prophetā et diuinatorē qui dixerunt ei ex parte regis q veniret aduersus illos et eis malediceret: qm ille qui per eū benedicebatur erat bñdictus ꝛ ita de maledictione. Audiēs hoc balaā petiuit a dño deo qd faceret. Dixit ei dñs. Noli ire cū eis/ neqz maledicas populo. quia bñdict⁹ est. Et istud responsum balaā retulerūt nuncij ad regem q iterato misit ad eū nobiliores ꝛ seniores pmittentes ei multa q primo refutauit. Sed primo petiuit rñsum a dño/ q dixit ei. Si te vocare venerint hoīes istis surge ꝛ vade cū eis. ita dūtaxat vt qd precepero facias. Surrexit mane balaam et strata sua asina pfect⁹ est cū eis. Et iratus est dñs. ꝛ ecce angel⁹ dñi sibi obstitit et obuiauit gladio euaginato/ propter quod asina stetit nec vlterius pcedere voluit qz eam grauiter verberauit balaā: nihilominus ire nolebat. Aperuitqz dñs os asine ꝛ locuta est. quid tibi feci/ qd me percutis? Dixit balaam/ qz meruisti ꝛ illusisti mihi: ꝛ optabat gladiū. Sed dñs aperuit oculos balaā. ꝛ vidit angelū ꝛ reuersus est: ꝛ cōfessus est angelo se peccasse. Et dixit ei angelus. Uade cū istis: sed caue ne aliud q̄ȝ precepero loquaris. Et in sequenti ca. dr q balaā cepit benedicere populo multipliciter: ꝛ ipm recōmendare ꝛ futura multa bona precedere ¶ Iste balaam pōt significare luciferū principē tenebrarū qui alijs precepit vt generi humano maledicerēt et ipsum tentarent et ad interitū adducerent: sed angelus quē habem⁹ custodē hoc impedit. Ex hac historia patet vt dicit cognicus: non decet contra stimulū calcitrare. Sicut etiā legimus dictum pauli Durū est tibi cōtra stimulū calcitrare. Et idē paul⁹ dicit. Si dominus pro nobis quis contra nos est. Est ergo hic reprehendend⁹ balaam qui cōtra preceptū dñi molliebat. Ex quo vlterius habetur q melior est obedientia q̄ȝ victime stultoꝝ. vt dr ecclesiastes. v. ca. ¶ Ulterius patet vt si aliquē habeat deus in custodia/ nō habet homo aut demō potestatē in eum. Sic dr nūeri. xxiij. ca. Quō maledicaȝ cui deus non maledicit. qua ratione detester quē deus nō detestat. Et ad obedientiam diuinorū preceptorū et obseruationē instruit nos ipse deus. q vt dicit in euangelio. Non veni soluere legem sed adimplere. Et ideo pro nobis formā serui accepit. factus obediēs patri vsqz ad mortē. vt dr philippñ. ij. ¶ Cōstrue. Balaam ille vir propheta offensus. i. iratus ꝛ cōmotus contra suam asinam/ vrget. i. cogit asellā diminutiuū est. i. asinā suā/ calcaribus. i. cū calcaribus (dr ab hoc noīe calix/ cis. mas. ge. p talo. Angelus fm britonē in sūma: iterpretatur nūcius. Catholicō dr q ab aglos eo q sit celestis ꝛ sine terra. Et scdm dyonisiū. ix. sunt ordines angelorū. In prima seraphin cherubin et throni. In media virtutes dñationes et potestates. In tertia principatus archāgeli ꝛ angeli. Uñ dr Grego. Angelorū vocabulū nomē est officij nō nature. Occurrit. i. obuiauit sibi/ qui coegit. i. cōpulsit: ꝛ cōponit de con et ago. pecudē. i. illud animal brutū. s. asinā stare/ vox animalis. i. asine. Notandū q aial aliqñ sumitur p hoīe qui est aial rationale tm. vt in psal. Imples oē aial benedictione. glosā. i. hoīem. Aliqñ p bruto vel irrationali: vt hic. Animal tñ in propria acceptione vt dicunt logici et phisici dicitur esse substantia animata sensitiua. lauatur. i. laxando aperitur/ loquendo ea scz verba que homo rationalis consueuit. id est solitus est producere. id est formare et emittere res horrendas. i. horridas. vel quia supple est res horrenda. id est horrore digna. ¶ Conuenientia inter fabulam ꝛ historiam est. quia sicut yo dedit contra naturā voces bestiales quando in vaccam mutata est: ita asina humanas voces emisit contra naturam.

Sufficeret thalamis vt iupiter amphitrionis
Noctis opem placide geminauit candida phebe
Protinus alcmena/ licet indignante nouerca
Editus alchides immissos strangulet angues

¶ In hac parte pseustis cōsequēter ponit aliā figurā seu narrationē dicēs: q nox fuit duplicata/ luna geminauit lucē suā: vt iupiter posset iacere cū alcmena. ex q genit⁹ hercules/ statim adhuc ipse exñs in cunabulis strāgulauit serpētes cōtra ipsum missos a iunone vxore iouis

¶ Hanc fabulā describit quidā poeta leui ⁊ claro stilo breuiter in libello qui incipit. Grecorum studia nimium ꝗ diu secutus. Amphitrion haberat ⁊ sibi geta comes. vbi narratur ꝙ iupiter dilexit alcmenam. que erat vxor regis thebarum qui appellabatur amphitrion. et concubuit cum ea in specie amphitrionis. ⁊ nox sibi non sufficiebat pro explenda libidinosa voluptate sua idcirco eam geminauit. ⁊ ex illa natus est hercules. Sed iuno q̄ erat dea partus volebat impedire partum eius. ⁊ illa laborante ex partu terre innectebat digitos ⁊ genua intricabat quod percipiens Gallantes volebat dominam suam liberare. ⁊ dixit ad iunonē. Gaude tu. quia domina mea peperit (⁊ tamen falsum erat) ⁊ surrexit iuno. et iterū dū surrexisset ⁊ non impediret ⁊ partum peperit alcmena herculem. Juno aūt irata galantes in mustelam trāsformauit. ⁊ quia ore ⁊ voce iunonē deceperat. voluit iuno ꝙ decetero per os pareret. ¶ Et dicitur consequēter in duobus vltimis versibus ⁊ illud tangitur a nostro Galtero insulēsi in sua Alexandride. ꝙ iuno irata ꝙ partum impedire nō potuerat. herculi insistenti in cunis misit duos serpentes. qui eū interficerent quos hercules suffocauit manibus ꝓpriis ⁊ mactauit. ¶ Ueritas historica est (vt dicit) ꝙ iupiter rex oppressit ⁊ deflorauit alcmenam quam duxit amphitrion in vxorem. ⁊ incantatorie tenebras induxit vel thalami fenestras clausit. Juno iouis coniunx irata. ad herculē misit duos fortissimos homīes quos tū hercules interfecit. ¶ Moraliter hercules puer significare potest quēlibet virtuosum puerū per innocentiā ⁊ purā vitam fortem. tamē in virtutibus formatū ⁊ inhitatum. qui serpentes. i. demones vincit: frenat stimulos carnis sibi immissos a iunone nouerca. id est sensualitate (que semper aduersatur rationi) vt dicitur primo ethicorum. Et exēplo herculis (qui etiam pueritis cepit fortiter ⁊ virtuose agere) debemus induci ad incipiendū tēpestiue operari secundū virtutem. ⁊ nos in actibus virtutū exercere. Quia (teste Ouidio) q̄ non est hodie cras minus aptus erit. Unde dicit quidā metrice versus. Qui nō assuescit virtuti dum iuuenescit. A vitiis nescit discedere quando senescit. Quoniam ꝙ noua testa capit inueterata sapit. Unde dicit Horatius. Quo semel est imbuta recēs seruabit odorē. Testa diu ⁊c̄. Consuetudo eni est altera natura vt dicit phus. ij. phisicorū. ¶ Cōstrue. Phebe. i. luna (nomen est grecū) candida. i. lucida vel splendida. geminauit. i. duplicauit. opem. i. auxilium noctis placide. ad hoc vt iupiter ille deus. sufficienter ⁊ noctiue permaneret. thalamis (pertinet ad coniuges. iuxta illud. Sit thalamus sponsi. dic cameram esse scholaris (amphitrionis regis. alchides. i. hercules (hercules dicitur ab her quod est lis ⁊ cleos gloria. quasi gloriosus in lite. fuit eni strennuus in bellorū litigiis. Alchides dicitur ab alchos qđ est fortis. ⁊ ides forma quia fuit fortis ⁊ formosus. Editus dicitur ab edor ederis. i. productus. natus (protinus. i. statim alcmena illa regina (⁊ hoc dico) nouerca scilicet iunone dea. indignāte. i. indigne ferente. strangulans. i. strangulando suffocat angues. i. serpentes (et dicitur ab angendo. i. constringendo (immissos. i. contra ipsum missos a iunone.

Uictrici populo ne quondā viuida bello
Deficeret virtus/ gabaon ad prelia phebus
Jmperio iosue/ stabat defixus in arce
Que sancte fidei sint premia discite cuncti

¶ Jn hac parte alithia consequenter ponit hystoriam suam. in qua ostendit qualiter populus se habuit in terra promissionis. Et diuiditur. Primo ostēdit qualiter se habuit sub iosue Secundo sub sansone. ibi. Sanson exuuiis. Jn prima parte dicit sic. Ne illi qui gabaon inhabitabant vincerentur ab aduersariis ex dispositiōe ⁊ oratiōe iosue sol stetit fixus. nec descēdit ad occasum. vt bellū compleri posset. Et ex hoc apparent premia sancte fidei illius. Jsta hystoria non scribitur in aliquo librorum moysi. hoc patuit ex quotationibus factis quo ad illas. sed vt dicit hyeronimus in prologo iosue. Tandē finito panthateuco moysi velut grādi fenore liberati. ad iesum filium naue manum mittimus. ⁊ ideo in presenti ad vnā hystoriam libri iosue transeundum est. vt habetur Josue. x. cap. vbi recitatur ꝙ cū audisset adonimezech rex hierusalē ꝙ scʒ cepisset Josue hay. ⁊ subdiuertisset ea. ⁊ ꝙ incole ciuitatis. que dicebatur gabaon. essent federati cū populo israel. timuit valde. quia gabaon erat ciuitas valde magna. ⁊ in ea erant bellatores fortissimi. Misit rex hierusalem ad oham regē ebron ⁊ ad pharā regem hierimoth ad iaphie quoqꝫ regem lachis. et dabyr regem eglon. dicens. Ad me ascendite ⁊ ferte presidium vt expugnemus gabaon. quare transfugerit ad iosue et ad filios israel. Congregati igitur illi quinqꝫ reges amorreorū nominati castrametati sunt contra gabaon ⁊ expugnabant eam. Habitatores autem illius ciuitatis miserunt ad iosue

vt auxilium haberet. Venit ergo ab gagalis cum exercitu magno. Et dn̄s dixit ei. Ne timeas eos in manus enim tuas tradidi eos. Et super eos irruit Josue ⁊ fugauit omnes ⁊ cōtriuit. Et dn̄s misit de celo magnos lapides ⁊ grandines qui ꝙplures interfecerūt. Et orationibus Josue sol ⁊ luna steterunt donec vlcisceretur gens de inimicis suis: et stetit sol in medio celi: ⁊ non festinauit occumbere spacio vnius diei. Quo facto reuersus est Josue cum omni israel in castra galgale. Fugerant enim quinq; reges ⁊ se absconderāt in spelunca vrbis maceda: ⁊ iussit iosue vt saxa immensa voluerētur ad os spelunce: ⁊ positi sunt viri industri qui clausos ibi custodirent. Et omnibus aduersarijs occisis ⁊ fugatis adducti sunt quinq; reges ante Josue: ⁊ iussit ꝙ iudei pedes suos ponerent calcando colla eorum regum: ⁊ Josue percussit ⁊ occidit eos ac interfecit ⁊ suspendit eos super quinq; stipites vsq; ad vesperū: ⁊ tunc reconditi sunt in spelunca in qua latuerant. Et hec fere de verbo ad verbum sunt verba originalia textus biblie: a quo recedere non est phas. ¶ Allegorice ſm glosas cōmunes. per gabaonitas intelligimus genus humanū non totum: sed tantum istos qui vere adheret xp̄iane religioni. Rex israel inuasit gabaon. id est lucifer genus humanū: ⁊ illud expugnauit per quinq; reges. id est per quinq; sensus: sed dn̄s voluit ꝙ rex israel interficeretur ꝑ iosue. Unde deus pater misit filium suū vnigenitum ad bellandū contra antiquum serpentem. Unde ꝙ sol stetit propter victoriam habendam. hoc est dominus qui non vult mortem peccatoris: sed vt conuertatur vt viuat: auget ⁊ dat nobis spacium penitentie: vt possimus habere victoriā super demonē ⁊ peccata nostra. ¶ De ista fictione solis ⁊ permansione in eodem puncto celi considerent astrologi qualiter fieri potuit remanentibus suis obseruantijs in vigore ⁊ virtute sua. Sicut etiam legitur ꝙ ita accidit tp̄e Karoli magni Francoꝝ regis qui hanc almam vniuersitatē de Roma vbi erat imperator ad hanc parisiēsem vrbē transtulit. ¶ Cōstrue. Phebus. i. sol stabat fixus in arce: vel turri: vel summitate celi/ imperio. i. ad imperium ⁊ orōnē Josue illius viri (nomē indeclinabile) ne virtus viuida. i. valida/ firma: ⁊ potens (dr̄ a viuo/ is. ⁊ ꝓprie attribuit faciei) bello (bellum dr̄ a bellus/ a/ um. qd̄ est pulcher/ a/ um. ꝑ antifrasim) populo victrici. Victrix reperitur in plurali numero oīs gn̄is: sed in ntō/ accusatiuo ⁊ vocatiuo singularibus feminini: sed in alijs omnis generis. Illud est generale: et ideo talia dimittam construendo textum duxi non omittēda/ ad prelia. i. ad bella/ gabaon illius ciuitatis (nomen indeclinabile) ⁊ ideo quia tale miraculum diuina voluntate ad preces Josue viri iusti ⁊ fidelis effectum est: vos cūcti discite. i. cognoscite ⁊ videte per illud miraculum: que. i. qualia: ⁊ quanta sint premia sancte fidei scilicet catholice. Et sic inuitamur ad admirandū de potentia dei ⁊ sanctitate fidei. Ista hystoria concordat cum precedenti narratione: quia sicut iupiter fecit noctem duplicari vt posset potire alimenta: ita Josue fecit diem prolongari: vt haberet victoriam de aduersarijs suis.

Alchide vigilem spoliant: claua drachonem
Gerionis pompam rapit et consumpserat hydram
Cacus cessit ei: succumbit ianitor orchi
Incendit demum pellex deyanira superbum

¶ Hic ꝯñter pseustis ponit aliā fabulā siue fabulosam narrationē dicēs. ꝙ claua herculis occidit drachonē qui vigilanter virgultū custodiebat. Dicit scđo ꝙ hercules rapuit armenta gerionis. Tertio dicit ꝙ ille idē occidit hydram serpētē. Dicit quarto ꝙ cacus latro quidā cessit ei. Dicit preterea ⁊ quinto ꝙ ianitor orchi ab eo subiugatus est. Finaliter dicit ꝙ quedam meretrix vocata deyanira cū camisia intoxicata herculem ꝯbussit. Hoc habet iste textus in breui ⁊ in summa. ¶ Sciendum ꝙ hercules fuit vir fortissimus ⁊ strenuissimus: cuius multa egregia facta scribit Boeti⁹ in ꝯso. phie metro. ſi. lib. iiij. ⁊ ouid. in suo Methamor. li. ix ¶ Circa primā partē in qua dr̄ Alchide vigilem spoliauit: claua drachonē. Sciendum est ꝙ egle cretula ⁊ espertula fuerunt tres filie hesperi qui fuit filius iapeti ⁊ frater athlantis. He tres finguntur ortū habuisse in quo erat arbor ferēs poma aurea q̄ dracho ꝑuigil seruabat Hercules autē drachonē superans secū poma deportauit. ¶ Per has tres sorores intelligimus intellectū/ memoriā/ ⁊ fecundiā. ꝑ ortū in quo erāt poma aurea intelligit claustrū pectoris/ ꝑ arborē poma aurea ferentē: phiam/ scītissimas sciētias ⁊ ꝯclusiones: ⁊ materias cōtinentē. per drachonē vigilem intelligimus animū continue in exercitio studij ꝑmanentē. ꝑ herculē quēlibet discipulū subtilē ⁊ diligentē q̄ studēdo vel disputādo rapit aureas ⁊ preciosas sn̄ias phie: ⁊ drachonē. i. mgr̄m suū superat. ¶ Dicūt tn̄ alij ꝙ athlas est ille qui habebat in viridario suo poma aurea. Et ad veritatē (vt dicunt) athlas fuit rex orietalis in astro

nomia peritus: hercules fuit eius discipulus: sed athlas habebat magnū thesaurū quē her
cules sibi rapuit. Exponi potest sic. Hercules sigt virū virtuosum: athlas sigt carnē/ dracho
vigil sigt motus illicitos carnis qui serpūt in homine: ⁊ vigilāt die ac nocte tētādo nos. sic ꝙ
alchidis. i. homo virtuosus: athlantē. i. carnē deuincit: ⁊ inde thesaurū asportat scȝ virtutē.
Et qm̄ de athlāte hic mētio incidit. Sciēdū ꝭm poetas qꝺ vt dr̄ i. iiij. methamor. Athlas ha
buit rn̄sum ꝙ filiꝰ iouis poma eiꝰ aurea raperet: et iō voluit rapere perseū in domo sua: sed
perseus mōstrauit sibi caput gorgonis: ⁊ ipe in montē lapideū mutatꝰ est vsqȝ ad celos ele=
uatus: ⁊ tūc persius potuit illi poma rapere ꝓ libito. Et iste athlas dicebat homo magnus
ꝙ celum suis humeris sustinebat/ pedes erāt supra terrā/ vnū brachiū eius erat in oriente
et aliud erat in occidēte: ⁊ fuit rex vltimoꝝ hyspanie finiū. ¶ Iste athlas pōt sigre quēlibet
diuitē ⁊ auarū: perseus nobiles principes ⁊ tyrannos: ⁊ qꝛ nolunt rustici aliqꝺ subsidiū mini
strare istis nobilibus: iō sepe ipi expugnant/ depauperant ⁊ depredant. ¶ Uel iste athlas
sigt altos ⁊ subtiles theologos ⁊ phos disputantes de celestibus: q̄ frequēter nō recipiūt in
corde suo perseū: hoc est xp̄m: sed magis curant physicas ⁊ peregrinas doctrinas: ⁊ nō mo=
rales: ideo deus ꝑ gorgonē. i. diabolū: mutat os in lapidē: ꝑ duritiā cordis ⁊ obstinationem
De talibus dicit aplꝯ ad Ro. i. Qui cū deū cognouissent nō tanꝙ deū glorificauerūt: sed eua=
nuerunt in cogitationibus suis: ⁊ induratū est insipiēs cor eoꝝ. ¶ Istud potest statim appli
cari ad aliquos nr̄i tp̄is: q̄ derelictis moralibus: vt biblia li. Ethi. textibꝰ sācrarū scriptꝝ quat
tuor doctoꝝ ecclesie se conferunt ad alias steriles ⁊ infructuosas subtilitates: ⁊ hec de p̄ma
particula nostri textus. ¶ Circa scd̄am aduertendū est. ꝙ gerion gygas fuit: q̄ triplicē for=
mā vel tria capita habuit: quē hercules superauit. Uñ dicit Catholicō in hoc verbo ꝙ geri=
on fuit rex hyspanie tricorpor: quod nihil aliud est nisi ꝙ fuerūt tres fratres eiusdē concor=
die: vt in tribus corporibus quasi vna aīa esset. Et qꝛ iste tribus insulis prefuit balearibus.
scȝ maiori ⁊ minori ⁊ ebuso: ⁊ eū hercules superauit. ¶ Moraliter alchides vt priꝰ significa=
bat hoiem virtuosum: q̄ deuicit gerionē. i. terrena: hic habet tres partes principales: qꝛ vel
deuincit mundū carnē vel demonē: q̄ nobis ꝯtinue assunt tētando. Uel gerion est diabolus
qui tripliciter hoiem infestat: cogitatione visu ⁊ opere. Hec ꝓbitas herculis tāgit a boetio
vbi supra. ¶ Circa tertiā particulā sciendū est. ꝙ serpens in palude grecie manebat: quem
hercules inuasit: sed cū vnū caput abscinderet multa renascebant. sed tandē hercules prin
cipale amputans igne cōbussit: ⁊ sic deuictꝰ fuit. Ueritas fuit ꝙ in grecia palus erat q̄ maxi
me parti illiꝰ terre nocebat serpēs: hydrus dr̄ eam inhabitasse: qꝛ ibi erat aqua. hydros eñ
grece est aqua latine: sed hercules riuulos voluit obstruere: vno aūt obstructo aqua ad plu
res crescebat ⁊ redundabat: sed tandē ꝯgeriē lignoꝝ illic apposuit: ⁊ sic illum fluuiū siccauit
hercules. i. virtuosus volēs abscindere motus carnales: debet principales abscindere: ⁊ ali
qñ vno absciso aliȷ̄ nascunt: sed opȝ diligēter totū igne charitatis torrere. Aliqui cōparant
materiā de predestinatione diuine hydre: qꝛ abscisa ⁊ soluta vna difficultate veniunt due ⁊
emergunt. ¶ Circa quartā particulā aduertendū est ꝙ pulchre hec narratio ⁊ ꝓlixa tangit
a v̓gi. viij. eneid. Et illa est decima ꝓbitas ꝭm ordinē Boetij. Uñ cacus fuit filiꝰ vulcani: qui
ignē ꝑ os mittebat. hic aūt multa mala fecit euādro q̄ regnabat in litore tyberino: vbi nūc
est roma: ⁊ multas vaccas sibi furabat: ⁊ versis vestigiis secū traxit in foueā: q̄ erat in auen
tino monte: vel in apentino in quo habitabat. Et cū vna illarū mugiēte furtū suū esset her
culi nunciatū extractus est ⁊ occisus. ¶ Tegumentū morale pōt esse: qꝛ cacus ponit ꝓ ma=
lo: nā cacus grece malum est latine: ⁊ est malus filius vulcani. i. ire/ emittens ignem iracun
die ⁊ detractionis ꝑ os. Per euandrum intelligit vir bonus (ab eu quod est bonū ⁊ andros
quod est v̓tus) quē infestabat cacus rapiēdo bona sua ⁊ fraudulēter: sed bonū euādri mani
festat: ⁊ ipe cacus ponit ⁊ superat ⁊ uincit. ¶ Circa quintam particulam sciendū est ꝙ her
cules descendens ad inferos ꝓpter raptū theseū. Uel ꝭm alios proserpina timuit ne cerbe=
rus latraret propter quod traxit eū ab inferis. Cūqȝ cerberꝰ vidisset insolitā lucē spumas ce
pit erigere ab ore super herbas vnde venena nascebant que dicunt aconita. vñ in. viij. me=
thamor. Est via decliuis ꝑ quē tirintius heros. Restantem contraqȝ diē radiosqȝ micantes.
Obliquos oculos nexis adamantē cathenis. Cerberū attraxit. ⁊c̄. Intellectus est talis. Sa
piens aliqñ descendit ad inferos. i. ad bona tp̄alia: vt aliū liberet: sed dū cerberū extraxit. i.
curā terrenoꝝ que carnē deuorat: lucē nō potest tollerare: sed venenū spumat dum sapiēs
temporalem comparat curā ad celestia: tunc ista apparent veneno plena ⁊ corruptione. vñ
cerberus tria capita habet. i. tria capitalia peccata scȝ irā superbiā ⁊ inuidiā: quibus corre=
spondet triplex bonū. s. amor dei/ amor proximi/ ⁊ amor sui ipsius. Superbia enim destruit
amorē dei. Inuidia amorē proximi. Et ira corrodit seipsum. Et hec vitia hercules ligat tri
plici virtute scȝ spe fide ⁊ charitate: vel humilitate charitate ⁊ tēperantia: ⁊ de hoc cerbero

etiā tangit Boetius in metro finali.iij.li.⁊ Virg.v.eneid.Et de ipso dr̄ istud. Cerberꝰ omne volans tria possedet ore canino. ¶ Ex istis.xii.pbitatibꝰ herculis:⁊ proprietatibꝰ etiā agamenonis et vlixis concludendo. Boetius inuitat nos ad libenter sufferendū labores: et habendum fortitudinem verā in animo dicens. Jste nunc fortes vbi celsa magni duxit exempli via.⁊c̄. Et herculem aiunt propter probitates suas trāslatū in celū.vt dr̄ in methamor.ix.sic. Ubi mortales tirintuis exuit artus parte sui meliore viget. Circa finalem particulam nr̄i textus de qua per Senecā in tragedijs.sicut de aliquibus alijs tangentibus herculē sciendū est ꝙ cum hercules peteret sibi vxorē deyaniram filiam oenei regis calidonie patris thidei et meleagri.⁊ illa iam acheloo pro flumine pmissa fuisset ea pugnauit ꝯtra achilouz (vt tangit Boetius) quo superato ipsam accepit in vxorē. Et cum pariter venissent ad quendam fluuium habenum:⁊ ille pluuijs intumuisset: promisit quidam cētaurus noīe nexus se fideliter portare illam extra fluuiū: sꝫ eam voluit cognoscere.⁊ eū sagittauit hercules sagitta venenata. Jlle autem cū iam moreretur.tradidit deyanire quandam camisiam sanguine hydrelernee intoxicatā quam dixit talis esse proprietatis: ꝙ si hercules aliā ab ea ducceret vxorē ⁊ indueret illam camisiam statim ad amorem eius reuocaretur. Post multa tēpora hercules debellauit quandā patriam vbi dilexit yolam reginam etholie filiā critoy/ hoc audiens deyanira p lycā predictā sibi camisiam quā induta veneno cōburebat. Cōsiderās ille euenisse illud per lycā illū in ore funde iactauit in auram qui diriguit in lapidē q̄ adhuc in eboyca regione humanam seruat figurā. hic ptꝫ ꝙ hoīes pbissimi ⁊ strennuissimi per mulieres sunt occisi et victi: sicut dicit egregius versificator. Adam sansonem regē dauid ⁊ salomonē. Femina decepit quis modo tutus erit. vn̄ de isto hercule dicit Seneca in tragedijs. ꝙ post multa bella peracta: hercules seruiebat ad omphalem. et istud recitat breuiter Terentius in enucho dicēs. Qui minus ꝙ̄ hercule seruit omphale ⁊c̄. ¶ Aduerteudū est ꝙ boetius hic tangit in metro finali iam allegato. ꝙ dum hercules exercitaretꝰ/ aspexit geminos centauros.⁊ emissa sagitta vulnerauit de istis in metro finali.iij.li. de cōsolatione vbi dr̄.nō ixionū caput belox precipitat rota.⁊c̄. Et sufficiant de isto textu. ¶ Cōstrue. Claua dr̄ a cleo.i.percutio alchide.i.herculis/ spoliauit.i.priuauit. pomis aureis drachonē vigilē.i.cōtinue seruantem/ alchides inquam rapit pompam.i.tu meam vel in armenta animalia. Gerionis: illus viri/ ipse consumpserat.i.omnino destruxerat ⁊ occiderat ydream.illū serpētē. Cacus ille vir ferox ⁊ latro peruersus/ cessit.i.locū dedit.ei.scilicet herculi.ianitor.scilice cerberus.⁊ dicitur a iauua quod est porta orchi.id est inferni (⁊ dicitur ab orche) suscipe succūbit .i.supponitur ⁊ submittitur herculi/ demum.i.finaliter: deyanira/ illa mulier.pellex.i.meretrix (quia alij supposita fuit.dicitur autẽ appellando alia/ vel a polliciendo.i.illaqueando/ incendit.i.combussit: superbum id est exaltatum herculem propter egregia gesta sua/ vl' superbum.i.nobilem.vt apud virgilium in.iij.eneid.in principio. Cecidit superbum illum superbum id est nobilem.

Sansone exuuiis indutus membra leonis
Sternit mille viros/ deuastat vulpibus agros
Urbis claustra tulit neruorum vincula rupit
Fraude sua tandem prescindit dalida crinem.

¶ Alithia narrat historiam proportionabilem premisse dicens.ꝙ vir quidam fortissimꝰ dictꝰ sansō hn̄s membra tecta pelle leonis occidit mille viros:⁊ dicit ꝙ ille agros cū vulpibus deuastauit. dicit iterum.ꝙ secum duxit portas ciuitatis/⁊ rupit vincula quibus ligabantur finaliter vxor eius dalida per abscisionem capillorum sibi vires subtraxit. Jn precedentibꝰ vise sunt historie posite libro Numeri ⁊ iosue. hic describitur alia que habetur libro Judicū viij. vbi dr̄ in principio capituli. Rursum filij israel fecerūt malū in conspectu dn̄i q̄ tradidit eos in manꝰ philistinorū.xl.annis. Erat aūt quidā vir de sara ⁊ de stirpe dan noīe mān̄e habens vxorem sterilem cui angelus dn̄i apparuit ⁊ dixit ad eā: sterilis es ⁊ absq̄ liberis. sꝫ cōcipies ⁊ paries filiū caue ergo ne bibas vinū: nec cicerā: nec immundū quicꝙ̄ comedas: que concipies filium/ cuiꝰ non tanget caput nouacula.⁊ ipse icipiet liberare israel de manu philistinorum:⁊ hec illa renunciabit marito suo. vt patet in textu. Et sequitur in fine peperit itaq̄ filium ⁊ vocauit nomen eius sanson/ creuitq̄ puer ⁊ benedixit ei dominus.

¶ Jstis premissis descendendum est ad singulas nostri textus particulas Prima particula tractat de occisione leonis. De qua habetur Judicum decimo quarto. in quo dicitur ꝙ sanson a parētibus suis petiuit mulierem vnā philistinorū vxorem ⁊ cū descēderet in thanata

apparuit catulus leonis seuus ꝛ rugiens: ꝛ occurrit ei. sed sanson dilacerauit eum ꝛ occidit. ꝛ descendit ꝛ locutus est mulieri illi. ꝛ post aliquos dies reuertēs vt acciperet eam. declinauit vt videret cadauer leonis: ꝛ ecce examē apum in ore leonis erat fauus mellis. ꝛ cū esset in chānata ꝛ ciues loci illius venissent. dederunt ei sodales triginta. qui cū essent cū eo: illis ꝓposuit sanson ꝓbleumã vel enigma dicēs. De comedēte exiuit cibus. ꝛ de forti egressa est dulcedo. qđ nisi soluerent triginta syndones ꝛ totidē tunicas sibi darēt. si soluerēt ꝛ ipse daret eis. Sed cum ipse illud exposuit. vxori sue importune eū roganti. ꝛ ipā illud indicauit ciuibus suis. ¶ Iste sanson significat xpm̄ q̄ ab angelo pronunciatus est. qui occidit leonē: hoc est dyabolum ꝛ deuicit. ꝛ portas inferi aperuit et cōfregit. In cuius ore erat fauus mellis. hoc est in lymbo patrū. ad quē oēs scti an̄ passionē xpi descendebāt. reperit sctōs patres et patriarchas ꝛ ꝓphetas q̄ ꝓphetias ꝛ alias scripturas dulces ꝛ sctās conscripserūt. Et hec de prima particula breuiter dicta sufficiāt. ¶ Circa scđam sciendū est. vt đr iudicū. xv. cap. ꝙ cū sanson esset solus. ad eum interficiendū missi sunt mille viri fortes. quos oēs sanson cū maxilla asini interfecit. ¶ Hoc pōt exponi. ꝛ dicūt glose. ꝙ iesus xps per dalidā ꝛ sctām predicationē pauli mille viros ad fidē xpi cōuertit. qꝛ paulus qui ante fuerat seuissimus tyrannus: effectus fuit gloriosissimus ꝛ electissimus predicator. vt patet ex decursu suarū epistolarū quas misit modo ad romanos. mō ad alios. ¶ Circa tertiā particulā aduertēdū est ꝙ de istis vulpibus habetur originaliter Iudicū. xv. vbi đr ꝙ sanson perrexit ꝛ accepit vulpes tritice messis. caudasq̄ earū iunxit ad caudas. faces et ligauit in medio: quas igne succēdēs dimisit vt huc ꝛ illuc discurrerent. qui statim perrexerūt in segetes philistinoꝝ. hoc est xps permisit vūlpes. i. dyabolos tentare hoīes. ꝛ quasi vastare. ¶ Alij per sansonē in hoc passu intelligūt dyabolū qui agros huius mūdi deuastat hoc est falsis predicationibus ꝛ hereticis. qui seminat zizaniā inter fratres ꝛ falsam doctrinā disseminat. Circa quartā partē particule cōsiderandū est. ꝙ de ista destructiōe portarū habetur Iudicū. xvi. cap. vbi đr ꝙ cū sanson intrasset gazā ciuitatē philistinorū. ciues circūdederūt eū silentio. vt in crastino mane eum occiderēt. Et sanson media nocte cōsurgens venit ad portas ciuitatis. ꝛ apprehendit ambas fores cum postibus ꝛ eas portauit ad verticē mōtis qui respicit ebron. Post hec adamauit mulierem que habitauit in valle soreth: ꝛ vocabatur dalida. Istud exponitur iuxta precepta. ꝙ xps inferni portas fregit. ꝛ sanctos patres ibi existētes ad montē. i. ad paradysi gloriā deportauit. ¶ Circa quintā particulā sciendū est. ꝙ dalida monita a philistinis inquisiuit a sansone vbi esset aut lateret eius fortitudo. ꝛ dixit ꝙ si septē funibus humētibus ligatus esset infirmus esset vt alij hoīes. quibus ꝛ ipse ligat⁹ est: sed eos rupit quomō si rumpat quis filum stuppe tortum sputamine. ꝛ non est cognitū in quo esset fortitudo ei⁹. Illud habetur Iudicū. xvij. hoc potest exponi de xp̄o qui vicula mortis rupit qn̄ tertia die ipse a mortuis resurrexit. Aliter sic. si xps habuisset septem peccata mortalia infirmus fuisset sicut alij hoīes. sed non obstante ꝙ philistini. i. dyaboli vellent eum tentare ꝛ inducere ad peccatum: ipse restitit. ꝛ tentationes superauit ꝛ euasit. ¶ Circa sextā ꝛ vltimam particulam aduertendū est ꝙ hec particula originaliter sumitur Iudicū. xvi. vbi đr. ꝙ postq̄ sanson ter ficte dixisset vxori sue in quo virtus eius consisteret: tandē dixit ad eam rei veritatē Dixit ergo. Ferrū nunq̄ ascendit supra caput meū. ꝙ nazareus. i. consecratus dn̄o sum de vtero matris mee. ꝛ si rasum fuerit caput meū. recedet a me fortitudo mea. Et illud illa dalyda mandauit principibus philistinorū. ꝛ cū dormiret super genua sua. tonsor rasit eum. ꝛ fortitudo discessit ab eo. Et philistini sibi statim oculos eruerūt. ꝛ eum gazā duxerūt ꝛ mollere fecerunt. Iamq̄ crines renasci ceperant. ꝛ conuenerūt principes philistinorū vt immolarent hostias ꝛ epularentur ꝛ gauderent in epulis. quia sansonem habebāt in manibus suis. adductus autem ibi de carcere ludebat ante eos. feceruntq̄ ipsum stare inter duas colūnas. domus autem erat plena philistinorū respicientium sansonem. Et oratiōe facta Sanson vnam colūnam leua. aliam dexteram accipiens domum deiecit. ꝛ omnes ꝛ seipsum interfecit. ꝛ sepultus est in sepulchro patris sui. ¶ Ex hac parte clare apparet fraudulētia cōditio mulierum. que suis fallacijs hoīes fortissimos ꝛ prudentissimos molles et insipientes efficiunt. Et latius declarari potest hec particula sicut alie precedētes quia in qualibet materia pulcherrima continetur que summatim supius pro viribus expressa est. Verū est tn̄ ꝙ hic per capillos sansonis (qui sunt pars superflua vt sciunt naturales philosophi) intelligimus humanitatē xpi. q̄ morti tradita fuit. ꝛ de medio sublata per dalidam hoc est per synagogam iudeorū. q̄ xpm crucifixit. sicut pie ꝛ deuote quilibet euangelistarū describit. ¶ Cōstrue. Sanson ille vir (potest esse indeclinabile. ꝛ ita fit frequenter) indutus mēbra sua (ecce illud participium deriuatū a verbo maxime transitionis regit actm̄ suum. lꝫ a ṽbo passiuo deriuet) exuuijs. i. spolijs vel pelle (ꝛ đr exuuie exuuiarū. vel singulariter exuuiū / uij. et dicit

ab exeundo) leonis illius a ialijs fortissimi. sternit. i. occidit (et hic pōt sumi tempus pro tempore. scȝ presens pro preterito) mille viros. i. hoīes viriles et fortes deuastat. i. consumit et dissipat agros. i. arua. campos vulpibus. i. animalibus illis fraudulentis (vt semper dicunt omnes apologi esopi et aliorum in quibus fit mentio de vulpe. dr autē vulpes quasi volubilis pes. et est ethimologia. ⁊ per ipsam fallaces hoīes intelligunt) ipse inq̄ꝫ tulit. i. portauit secum claustra vrbis. i. portas ciuitatis. quibus ciuitas claudebatur. rupit. i. fregit. vincula. i. ligamina neruorum. i. cordarum factarum de neruis. quibus ligat⁹ erat. Dalida. illa mulier vxor eius. prescindit (pōt scribi per s/⁊ c. ⁊ tunc etiam per n. ⁊ componit de pre. ⁊ scindo/dis. vel scribitur per c/tm̄ et sine s. ⁊ tunc cōponitur de pre et cedo/dis. cecidi cessum/tandeȝ. i. finaliter. crinem. i. capillos ipsius sansonis. ⁊ sic crinem. i. crines (numerus pro numero) ⁊ est hypalage: vt. ij. eneid. Armato milite complent. i. armatis militibus. Uel potest esse aleotheca de qua dicitur. Aleotheca genus nescit numeros neq̄ꝫ casus. sua fraude id est per suam deceptionem fraudulentam. ¶ Hec historia conuenit clare cum narratione priori. quia ibi de hercule viro probissimo et strennuissimo visum est. hic autem in presenti de sansone viro fortissimo.

Nomina mille deum vatem defendite vestrum
Qui colitis ditem/qui stellifera regionem
Qui partes mundi/qui stagna sonantis abyssi
Nomina mille deum vatem defendite vestrum.

¶ hic incipit scđa pars hui⁹ libri. incipiendo a parte executiua. scȝ Primus cretheis. q: si incipiamus a principio. erit tertia. et in principio potuisset diuidi scđa pars. Primus cretheis Prima diuisio contra istam. Et hic videt posse signari prima debilitas pseustis aduers⁹ alithiaȝ. Fabulas eni et narrationes varias proposuit pseustis. et alithia semp promptissime respondit. hic igitur occasione huius pseustis tanq̄ꝫ de prior b⁹ viribus diffidens. auxilium a dijs petit et exposcit. Et istū textū possumus sic diuidere. Primo ponit debilitatio pseustis et exprimitur per deorum suorum inuocationem. Secūdo quasi per desperationem et conquestionē. Scđa ibi. Quadrupedes phebi. ⁊c̄. Uel scđm aliam diuisionem tactā in illa parte Primus cretheis. ¶ Sic continuatur iste textus ad precedētes. in precedētib⁹ posita ⁊ narrata sunt multa gesta in tribus etatibus mundi. hic consequenter narrāt gesta in duabus alijs etatibus sequentib⁹. Et diuidit. Primo ponuntur gesta in quarta etate tēpore regū. Secundo in quinta. Secūda ibi. Inscius esse deum. Itē prima in duas. Primo ponit numinum diuinorū inuocatio. Secundo disputationis incepte prosecutio. et fabularū ⁊ historiarum narratio. Secunda ibi. Certauere sequi. vel ibi. Ne regis corpus. Item primo ponitur inuocatio facta per pseustim. Secūdo ꝑ alithiā. Scđa ibi. Par idemq̄ꝫ deus. In prima parte inuocat deos suos. O mille dij qui mille habetis nomina tunc me vestrum vatē ⁊ vr̄i noīs exaltatorem. ⁊ vestre secte dogmatiȝatorē defendite. Uos o dij celicole et qui diuersas mundi partes et etiam ⁊ abyssum incolitis. me vestrum vatem queso defendite. Ex hoc textu apparet pseustim esse falsum prophetum et infidelem cum inuocet plures deos. Et cum scriptum est in psalmo. Omnes dij gentiū demonia. dominus autē celos fecit. ¶ Uerum est tamen q͂ stoici dixerunt vnuȝ tantum deum esse. sed alia dicebant deitatis membra vel officia. Et illud videtur sentire. Uirgilius qui in. vi. eneidos dicit sic. Aureus et folijs ⁊ lento vimine ramus. Junoni inferne dictus sacer. ⁊c̄. Ubi innuit q͂ est eadem deitas que in celo appeliat iuno celestis. et in inferno iuno infernalis. ¶ Et si velit aliquis latissime ⁊ perfectissime materiam de dijs istis siue celicolis superis ⁊ alijs intueri videat Fulgentiū mithologiarum et melius in tredecim libris Johannis boccacij. de genealogia deorum gentiliū ꝑ totum discursum libri. ¶ Est tamen aduertendū q͂ maximi philosophantes: vt Aristoteles/Plato et alij oēs posuerunt vnum esse deum. primam causam. infinitum. omnipotentem ⁊ sibi attribuebant omia que ducūt ad perfectionē. vt patet expresse per philosophū duodecimo metaphisice. vbi concludit. Unus ergo princeps. ¶ Quoniam vero hic de dite deo fit mentio. ideo sciendum est q͂ dis ditis idē est q͂ pluto. ⁊ fuit vnus filiorum saturni. Juxta illa metra Jupiter astra. fretuȝ neptunus. tartara pluto. Regna paterna tenēt tres tria quisq̄ꝫ suum. Est ergo pluto infernorū et tenebrarum. Describitur aūt homo terribilis in solio sulphureo sedens. tenens sceptrū regale. calcans sub pedibus suis cerberum tricipitem iuxta se orant tres furie infernales. et tres arpie. de throno eius sulphureo exeunt quatuor flumina. scȝ cochitus/lethe/phlegeton/et stix. proprie ipsum sedet regia erebi proserpina. ¶ Alle

gorice. iste pluto est lucifer ille princeps tenebrarum dyabolus cuius vxor est proserpina. i. iniquitas 7 ois malicia. sedet in soleo sulphureo. hoc est in corde sordido 7 fetido ꝓpter duriciam vbi dominat᷑. Et si in anima peccatoris rapiatur ipse diabolus vbi etiam reperiūtur innumere alie pestes 7 alia vitia multa. vt cerberus. i. auaritia. furie. i. concupiscentia. arpie ille aues immundissime. i. rapina. Iste arpie sunt tres. scilicet etelle/ occipite/ et celene. sicut sunt tres species rapinarum. scʒ publica que fit per tyrannos. occulta per vsurarios. fraudulenta ꝑ balliuos et prepositos qui tenent prepositurας suas ad firmā maxime: cū tamen potius deberent dari certa stipendia pro exercitio illorū ꝙ ab eis poscere aliquid (vt dicunt le giste) ne daretur occasio iniuste et indebite extorquendi pecunias pauperibus. Et ista rapina figuratur Dañ. vij. cap. vbi fit mentio de vrso. qui habebat tres ordines dentium. ¶ Uel iste pluto pōt significare quēlibet malū et austerum principem vel prelatum. cuius vxor est auaricia et rapina. Soleum autem habet sulphureum. i. vile nomen infame et vituperabile. iuxta quem habitant multa genera hominū peruersorum 7 malignorū cōsiliariorū 7 officiariorū. Sup isto videatur aliter Fulgentius. ¶ Construe. O noia mille deum. i. deorū (syncopa vsitata et debet legi ista littera hypalagice. et hoc est) o dij mille noim defendite. i. protegite. adiuuate vestrum vatem. i. me vestrum pugilem. o vos dij qui colitis. i. honoratis ditem. i. plutonem deum inferni. (Iuxta hunc versum. Dijs pro plutone: pro diuite dis quoqꝫ pone. Et est masculini generis. pro diuite vero generis comunis.) O dij etiam qui colitis regionem stelliferam. i. ferentem stellas. scilicet celum. hoc est o dij celicoli. qui colitis ptes varias mundi. et qui colitis stagna (dicitur aqua artificialiter stans) abyssi (abyssus secundum catholicon dicitur profunditas aquarum latitantium. 7 dicitur quasi sine bysso. i. candore. vel dicitur quasi ad ipsam. q2 ad ipsam tanꝙ ad matrē omnes aque reuertunt᷑. sonantis. i. resonantis. O nomina inꝗ mille deum. 7c. vt prius. Et iste versus repitur in quo pseustꝭ suam orationem cōgeminat 7 inuocationem deorum.

Par idemqꝫ deus/ magestas gloria virtus
Quod fuit est et erit/ te collaudat tibi seruit
Cui tres persone/ tria nomina sunt sine fine
Tu sine principio nos vincere falsa iubeto.

¶ In hac parte proportionabiliter alithia facit inuocationē vni⁹ veri dei: dicēs. O de⁹ cui⁹ est maiestas virtus et gloria. cui oia presentia et futura subseruiunt. qui es trin⁹ in personis et vnus in essentia. habēs tria noia scʒ nomē patris et filij 7 spūssācti. Tu inquā o sūme deus. qui non habuisti principiū. nec habebis finē. supplico tibi quatin⁹ me adiuuare et dirigere digneris. vt falsitatē pseustis deuincere 7 superare possim. ¶ Sciendū est hic. ꝙ si pseustꝭ inuocauerat sua numinina sicut prius inuocauit. et in ipsis suam spē totā reposuerit. ꝗcum vt dicit᷑ in psal. Aures habent 7 nō audient. nares habent 7 non odorabunt. Merito alithia per quā aia fidelis 7 deuota intelligitur. recurrit ad dn̄m sponsum suū ab ipso auxiliū expostulans iuxta documētū psal. Iacta cogitatū tuum in dn̄o 7 spe te enutriet. 7c. qm̄ sperantē in dn̄o mīa circundabit. ¶ Aduertendū est vlterius ꝙ in. xij. methaphisice solet ꝓbari 7 tractari late. ꝙ est ponēd⁹ vnus deus. ꝗ est oim rerū primus pnceps. Unde ratio 7 bonū 7 perfectio vniuersi consistit in ordine entium naturaliū inter se 7 in ordine ad vnū primū ad qđ oia ordinantur. Et ideo elementa sunt ordinata ꝓpter mixta. mixta ꝓpter aialia bruta. et bruta ꝓpter homines. 7 ista inferiora propter superiora. superiora propter intelligentias. 7 inteligentie ꝓpter vnū deū primū. Itē primus princeps iste. scʒ deus. ipsum est semꝑ necesse esse sed illud necesse nō pōt. multiplicari. q2 si sic. iā esset multiplicatū. q2 in eternis posse 7 esse non differunt ptʒ secundo phisicorū. vel ergo necesse eēt multiplicatū ad finita vl' ad infinita. non scd̄m q2 in nulla specie multiplicatio indiuiduorū est determinata. ergo ad infinita. 7 ibi oia possibilia de facto sunt. ergo infinita sunt necesse esse. Uident᷑ tibi multe alie rationes. 7 latius ponūtur per Albertū magnū in suo tractatu de causis. vbi profundissīe ista materia pertractat᷑. Et ad idē in ꝓpositionibus proculi a quo factus est alius tractatus qui intitulatur liber de causis. vbi ista materia subtilissime tractatur. Considerandū est vlterius ꝙ beatus Bernardus dicit sic ad deum. ꝙ diues es in via. ꝙ magnificus in iusticia. ꝙ munificus in grā dn̄e deus noster. non est qui similis sit tibi. respicis humiles misericorditer salu as peccatores. Et Augu. super. x. sermone. xix. Deus illi totū est si esurieris panis tibi est si sit aqua tibi est. si es in tenebris lumen tibi est. si nudus es 7 vestis tibi est. 7 cetera.

¶ Aduertendum est consequenter ꝙ vt tenet fides catholica. deus est trinus in personis.

vnus in essentia. sicut in symbolo athanasij. Quicunqꝫ vult saluus esse. Et in symbolo aposto
lorum. Credo in deū. Et de ista benedictissima trinitate videantur tractata in primo sentē
tiarum in textu per magistrum ⁊ alios doctores theologie. vbi etiā tractatur materia de
processione spiritussancti ab vtroqꝫ scz patre ⁊ filio. In quo puncto principali est discordia in
latinos ⁊ grecos. ideo laborandū esset ad vnionē ipsorū nobiscum. vniōe tñ prius inter nos
facta. ¶ Cōstrue. O deus exn̄s vel qui es. par. i. equalis pr̄i ⁊ filio ⁊ spūisancto qui sunt tres
psone. tñ vnus est deus ops. qꝫ pro ⁊ idē. i. eadē essentia in trinitate psonarum. tu dico maie
stas (q̄tum ad prēm) gloria (q̄tū ad filiū) virtus (q̄tū ad spmsctm) De attributis diuinis nō
est hic videndū. qr materia illa per theologos tractat. Et cuiuslibet istorū pōt intelligi hoc
sit tibi distingendo. maiestas sit tibi ⁊c. cui. s. deo tres psone sunt. scz pr̄/filius/⁊ spūssanctus.
tria noīa sunt. etiā sine fine. hoc est eternaliter (illud qđ est in p̄nti/fuit in preterito/et erit in
futuro) collaudat te. seruit tibi (qr tu es dn̄s dn̄antiū ⁊c.) tu inqꝫ qui es. sine principio. iubeto
id est p̄cipito. vel velis. vel pmitto. nos (que pro veritate tuenda decertamus) vincere. i. supe
rare. falsa (⁊ tenetur neutraliter) id est falsitates hoīm ⁊ fraudes hereticorū ⁊ scismaticorū.
Et sic patet qꝫ sicut pseustis primus inuocat sua numina. ita alithia hic inuocat verū deum
omnipotentē eternū ⁊ infinitum ac ineffabilem.

Certauere sequi demissis frondibus orni
Orphea per syluas modulantem carminis odas
Erudicem motis qui regna tenent acherontis
Conditione graui iussit proserpina reddi

¶ Facta inuocatione: ecce pseustis aggreditur materiā vel disputationē vel altercationē
inchoat. vel inchoata prius cōsideter continuat. Et diuidit in duas partes qr primo ponit
ficta pseustis ppositio. Scđo alithia vera narratio. ibi. Ne regis corpus. Primo dicit sic bre
uiter. qꝫ arbores sequebātur orpheū per syluas melodiose cū instrumētis musicalibus reso
nantē. Dicit preterea qꝫ dea infernorū voluit qꝫ erudices orpheo restitueretur. tali pditiōe
graui adiecta qꝫ si ipsa retro aspiceret: ipsa ad inferos rediret. Ista fabula habet ab ouid' de
trāsformatis in pricipio. xi. li. vbi de morte orphei sed in pri. x. tāgit fabula de erudice. Sci
endū ergo qꝫ orpheus summ⁹ vates fuit ⁊ musicus filius phebi ⁊ caliopis. vt tāgit Maro in
buccolicis. habuit vxorē erudicē. q̄ colligēs flores pedib⁹ pressit serpentē. a quo inuenenata
mortua est ⁊ descendit ad inferos. Orpheus ita dulciter corā dijs infernalibus cū lyra can
tauit: qꝫ proserpina dea infernorū ei vxorē erudicē cōcessit. tali pacto: qꝫ si retro se respiceret
eam statim perderet ⁊ ad inferos rediret. ⁊ qr eundo ⁊ incedēdo retro se aspexit ideo ipa re
dijt ad inferos. quā nunqꝫ recuperare potuit. ¶ Ueritas historica fuit (vt dicūt) Orphe⁹ fuit
homo eloquēs ⁊ discretus ita vt hoīes passim per agros bestiarū more vagātes ad ciuita
tē ⁊ vite honestatem redigerēt. Cōformiter ad sniam Tullij in prohemio veteris rhetorice
vbi recōmendat facultas oratoria. Istā fabulā exponūt glose communes. Per orpheū in
telligendo eloquentiā. per erudicē mētis discretionē et sapientiā: que est amica ⁊ vxor elo
quentie/inquirēte Cicerone vbi nuper allegabatur. Ad me quidē diu cogitāte ⁊c. Ideo ipe
hanc potissimā sentētiā dicit) Ut existimaui sapiētiā sine eloquētia parū pdesse ciuitatibus
eloquētia vero sine sapiētia nimirū obesse plerūqꝫ. pdesse nūqꝫ. Ista discretio lesa est a ser
pente ⁊ detrusa ad inferos: qn̄ deditur terrenis ⁊ ambitioni ⁊ talibus. Et sepe (vt ait hiero
nymus): insipientes idiote ⁊ simplices celū rapiūt. nos aūt cū litteris ad inferna demergi
mur. ¶ Ista erudices per orationes ⁊ instructiones orphei reuocata erat ad viā salutis sed
reincidit ⁊ recidiuauit in peccata priora. ⁊ sicut canis redijt ad vomitū. ideo perpetuo in in
ferno tenebit. ¶ Uel orpheus pōt sigr̄e rationē. cuius comes est erudice. i. sensualitas volu
ptatibus dedita. quā nitit retrahere ratio (q̄ semp remurmurat) sicut patet de synderesi su
periori illa portione rationis q̄ nunqꝫ extinguūt (vt dicūt theologi) Reuocatur aūt sensuali
tas a vicijs per dulcedinē p̄dicationū ⁊ per lecturā scripturarū. sed homo ipse nimis sensua
litati obediens ⁊ pmittēs rationē (q̄ dn̄a esse debuerat) ancillari. ad infernū iterū descendit
qn̄ vires iferiores nō plene obediūt supioribus. ⁊ in tali differētia viriū ⁊ rebelliōe dānabit
sine redēptiōe. Ista est explanatio glose cōis. Ultra ista dico qꝫ orpheus est xp̄s filius solis. i.
dei patris. vxor eius ⁊ amica est humana natura (quasi deus dilexit) et eam serpens. i. dya
bolus tentauit et peccare fecit. vt visum est prius in illo textu. Incola primus homo ⁊c. Et
ita omnes descenderunt ad inferos ante passionē christi. Sed idem christus misertus ami
ce sue humane nature (quam creauerat et participem sue glorie cōstituerat eam ab inferis

liberauit tali tamen pacto q si peccarent ad infernū descenderet a quo nunq liberaretur. ¶ Consequēter redeundo ad primam partē textus sciendū est q postea orpheus contēnabat omnes mulieres et ascendit quēdā mōtem vbi dulcissime cum lyra sua resonabat: adeo vt arbores venirent ad audiēdū melodiā illius carminis: et stabāt per ordinē iuxta ipm. ita etiā saxa lapides/aues/lepores et talia. ¶ Iste orpheus est doctor sanctus vel predicator iustus/qui de inferno .i. de mundo venit ad acumen montis ad contemplationē dei et lecturā scripturarū sua sancta predicatione et vita pctōres lapideos et induratos et erectos per superbiam cōuertit ad penitentiā et vitā rectam. Contingit aūt qnq q quia iste vir fugit mulieres et palā viciosos earū mores predicat ideo oditur ab eis: et qnq occiditur vel aliter grauatur. sicut dicit ouid. q mulieres orpheū finaliter occiderūt. ¶ Construe. Omni .i. ille arbores certauere .i. certauerūt sequi orphea .i. orpheū (actūs grecus est/iuxta illud alex. Cū tenet eius rectus aliqn fit per a quartus.) modulātē .i. cū modulis musicis disponentē et canētem/odas .i. notabulas. et inde dr melodia. et inde etiā dr odo propriū nomē: qr odores sunt alacres/leti/hylares/et gaudētes. vel dr ab odo quasi odorē dans oibus per ethimologiam. Et est odo nomen perfectissimū propter duplicē figurā sphericā que inter figuras geometrales est perfectissima sicut declarari solet circa primū de celo/vbi tractatur materia de sphericitate celi. vn o est lra spherica signs perfectionē et in hoc noie bis ponitur ad denotādū maiorē perfectionē odonis. Uel ethimologisatur odo quasi oia dans oibus pter eius liberalitatē magnificētissimā et largitatē. Uel dr quasi demonē opprimēs per cōstātiā et virtutē vel ethimologisatur quasi omne diuinū obtinēs. quasi ipe sit de numero electorū et predestinatorū. Uel dicitur odo ab odore virtutū et honestate vite. Odas ergo carminis .i. cantilene. Et est carmen equiuocū. vt ponit ebrardus. Carmē dictamē etc. per siluas .i. per nemora. Et dr a sileo/es. (et hoc dico) frōdib9 .i. folijs seu ramis/demissis .i. deorsum missis et depressis/proserpina illa dea vxor plutonis/iussit .i. pcepit et pmisit/crudicē .i. illā mulierē/reddi .i. orpheo restitui/cōditione graui .i. iam declarata (et hoc dico) illi motis .i. commotis per dulcedinem cantus et melodie: qui tenent .i. obtinent et inhabitant regna tenebrosa et apoca acherontis .i. inferni. Acheron dr ab a quod est sine et chere salus: quasi sine salute.

Ne regis corpus vexerat predo malignus
Chordarum musa puer adiuuit cytharista
Cuius erat studium pelles tondere bidentū
Temporis articulo successit dextera sceptro

¶ In hac parte ponit alithia hystoriā vbi incipit narrare gesta aliarū duarū etatū. Et diuiditur in duas partes pricipales. Primo agitur de quarta etate in tpe regū. Scdo de quinta. scda ibi. Inscius esse. Itē primo ponūtur hystorie regū qn vnus regnabat sup totū populū. Scdo qn regnū diuisum est pter peccata salomonis. scda ibi. Nubes ethereas. Itē prima in duas. Primo de duob9 primis agitur. Scdo te tertio. scda ibi. Omnipotēs itidem. ¶ In prima parte dicit sic. Dauid cytharista impediebat melodia chardarū ne dyabolus vexaret corpus saulis. Dicit pterea q studiū dauid erat in tonsione ouiū: sed statim post effect9 est rex. Pns hystoria originaliter scribitur primi regū. xvij. cap. Et postq in precedētib9 expedite sunt materie librorū Numeri et iudicū: et explanādo primā partē nri textus. sciendū est q israelitis primus rex fuit dictus saul. qui ex mādato dni quandā ciuitatem destruxit. Illi aūt deus inhibuerat ne aurū aut alia bona ab ea secum ferret. sed ipse captus auri pulchritudine ipm secū asportauit. Un iratus deus ab ipso spm sctm retraxit: et spū maligno vexari permisit. Et vt dicitur in fine istius cap. ad ppositū textus. qnq spiritus malignus arripiebat saul. Dauid aūt tollebat cytharā et pcutiebat eā manu sua. et refocillabatur saul et leui9 habebat ab eo eni recedebat spūs malignus. ¶ Saul pōt signe oēs hoies mortales q cupiditate et ambitione tpaliū bonorū detēti a spū maligno .s. dyabolo agūtur: et in oia facinora eorū animus impellitur. Dauid ei signt xpm q interptatur manu fortis et aspectu desiderabilis/q ipsos hoies ab erroneo calle: ptutū tramitē dirigit et sic demonē impedit ne noceat hoibus per suas versutias et tētatiōes. ¶ Circa istā particulā ad vidēdū modū in quo spūs iste mal9 cessabat et anim9 saulis ista musicali armonia recreabat. Sciēdū q aliqualiter speculatiuā ingrediēdo q oēs sensus nri ex pceptiōe firma obiecti tētari solūt in dilectatiōe vt patet per experientiā. Et inter voluptates (q animis nris et sensibus ingerūt) nulla est purior aut nature cōueniētior aut iocūdior q illa quā auditus defert in mentē. Et ob hoc oēs pythagorici et platonici dixerūt oēm cōpaginem nostri corporis et nostri animi es=

se coniunctam ꝛ compositā quadā coaptione ꝛ armonia musicali. Et ita sentit Boetius dicēs. Corporis status eisdē quodāmō ꝓportionibꝰ videt̃ esse ꝯpositus: qbus modulationes armonice in arte musica copulari demonstrant̃. Et aristoteles etiā in. viij. politicoꝝ attribuit maximā efficatiā vim ꝛ potentiā arti musice. Uñ in olympiadibus. Jouis sacerdotes confluentiū ad sacra mortaliū: quosdā sub frigij modi sono incitatos reuocata interiꝰ vi sensuū rapiebant ita vt sopito exteriori tumultu ꝓfunditas nonnunq̄ ꝟitates attingerēt. Uñ pythagoras mitigauit deuulsit: ꝛ ad rationē adduxit vel eduxit quēdam adolescentē quasi furentē ꝛ volentē cōburere domū corriualis sui ꝓpter meretricē quēdam: sed ita graui tactu sponte succinuit pythagoras q̄ eū retraxit. Uidemꝰ eni ad experientiā p sonos turbarū obsessos a demone adduci a pturbatione animi ad statū quietū. Ex qbus satis ꝓbabiliter ꝛ verisimiliter ꝯcludi pōt q̄ sono dulci cythare animus istiꝰ saulis potuit mulceri q̄uis illud attribui possit diuine dispositioni ꝛ permissioni. ¶ Circa scdam particulam istiꝰ textꝰ sciendū est q̄ de successione dauid in regnū hr̃. ij. Regū. i. vbi prius. Dauid manifestat̃ p quendā iuuenē mors saul ꝛ ionathe filij eius: mestitia quā cōcepit dauid. Et in ca. ij. scribit̃ qualiter vnctus est Dauid in regē sup domū iuda. Et in. iij. ca. agit̃ de dauid q̄ etiā regnauit sup domū iuda ꝛ ebron: ꝛ ꝯposuit fedus cū abner pricipe exercitꝰ Saul q̄ traderet regnū Saul in manu eiꝰ. ¶ Per dauid intelligimus xp̄m: q̄ interfecit Goliā. i. diabolū: ꝛ portas inferni confregit: ꝛ ꝯtra philistinos. i. iudeos ꝛ infideles predicauit. ¶ Con. Puer. s. dauid cytharista. i. ludens cū cythara: adiuuit musa. i. musica scia: chordarū. i. fideliū musicaliū: ne predo malignus. s. diabolus q̄ male aiam nr̃am a ꝟtutibꝰ depredat̃ vexaret. i. fatigaret corpus regis. i. saulis: cui scȝ dauid studiū. i. exercitiū ꝛ labor erat: tondere (scđe ꝯiugatiōis est: ꝛ sigt̃ crines remouere ꝛ abradere) pelles bidentiū. i. ouiū. Uñ dicit Catholicō. Bidēs est quoddā instrumentū rusticoꝝ bifurcatū ꝓpter duos dentes. Et qñ est fēi gñis est ouis duobus dētibus: q̄ prominēt ꝛ cū quibꝰ fert̃ nasci: ꝛ est gñis incerti: dextera ipsius dauid successit sceptro. i. ꝟge regali ꝛ dño regis saulis / a sęculo. i. in breui spacio tp̄is. hec hystoria habet clarā ꝯueniētiā et dependentiā cū fabula precedenti p cytharā orphei ex vna: ꝛ dauid ex altera partibus.

Herbarum succos tractant silennius heros
Arte potens tali vt credas cuncta fateri
Exortes lucis virga reuocauit ab vmbris
Quam natam magne lactauit mamme nouerce.

¶ hic pseustis ꝓlibito suo incipit facere aliā narrationē dicēs. q̄ mercurius tractat succos herbarū ꝛ ab inferis aias cū virga sua reuocabat: tantā eni habuit artē vt illa faceret. Dicit vltimo q̄ ipse a iunone nouerca sua fuit nutritꝰ lacte ꝓprio: q̄uis esset filiꝰ maie athlantis. Mercurius semper in poetis introducit̃ vt iouis nuncius: vt ptȝ in primo methamor. in fabula de yo. ꝛ de Uirgi. iiij. eneid. clare: vbi iupiter mandauit ei et precepit venire ad eneā morantē cū dydone. ¶ Declarando textum latius sciēdum est q̄ iupiter multos habuit filios sicut vbiq̄ ponūt poete: quorū vnus fuit Mercurius quē iuno tm̄ dilexit q̄ etiam lacte proprio ipsum enutriuit: ꝛ se semp illi beniuolentiā prebuit. Iste erat discretus valde in arte medicinali: ꝛ habuit virgā appellatā caduceā vñ dicebat̃ caducifer: q̄ꝛ in parte tacte per eā viuificabat: ꝛ in ptes mortificabat ꝛ suscitabat mortuos: ꝛ ad vitā de infernis reducebat Fuit aūt filius maie athlantis qui per gorgonē a perseo in montē conuersus fuit: ꝛ optime describit Uirg. in. iiij. Eneid. Jamq̄ volēs apicē ꝛ latera ardua cernit. Athlantis duri celū qui vertice fulsit. ¶ Physice exponendo potest dici q̄ iupiter est aer superior / iuno inferior / mercurius est mentis currus. s. sermo humanus: ꝛ dr̃ filiꝰ iouis: q̄ꝛ per hūc reconsiliamur / superbis: hunc lactauit iuno vberibus suis: q̄ꝛ cū loquimur attrahimus aerē inferiorē quo attracto aspiramus ꝛ mentis cōceptū exprimimus: vt ptȝ in primo de aīa. vbi dr̃ q̄ vox est sonus aeris respirati ad arteriā vocalē ꝑcussu cū imaginatione signdi. iō dr̃ in principio summularū logicaliū q̄ vox est sonꝰ ab ore aīalis ꝓlatꝰ naturalibꝰ instrumētis formatꝰ. ¶ Qm̄ aūt hic de mercurio agit̃. iō eius descriptionē videamꝰ f̄m Fulgentiū. Pingit̃ aūt vt hō habens alas in talis / caput caninū / in manibꝰ ꝟgā soniferā circūdatā serpentibꝰ: ꝛ gladiū curuū dictū harpe: ꝛ hñs fistulā in ore: ꝛ galerū in capite vl' galeā: sibi ꝯsecrat̃ galus: ex altera pte erat argus occisus. Iste est deus mercatoꝝ. ꝛ iō dr̃ mercariꝰ quasi mercantiū kyrios. i. dñs. Et etiā deus furtoꝝ: ꝛ de viro in feminā se mutabat: ꝛ nigra candida ꝓlibito faciebat. Astrologi dicunt mercuriū esse planetā de se beniuolum: ꝛ est nuncius iouis: q̄ꝛ velociter facit cursum vel motū suū. Et ideo dicitur mercatoꝝ dñs: q̄ꝛ ipse dicitur deus eloquētie / mer

catores autē indigēt multa eloquētia: ⁊ nati in constellatione eius sunt eloquētes. ¶ Mercuriꝰ significare pōt quēlibet bonū prelatū ⁊ superiorē qui est custos gregis dñici. Ideo habet caput caninu eripiēs aues a faucibus luporum infernalium: habet alas contemplationis. De quibus dicit Boetius. Sūt eteni penne volucres. ⁊c. Talis habere debet virgā prudentie ⁊ correctionis gladiū seueritatis ⁊ iusticie/fistula eloquētie spiritualis: debet eni habere rhetoricam diuinam: de qua pulchre more suo tractat dñs Guillermus parisieñ. in suo tractatu de rhetorica diuina. Debet esse vigil ⁊ diligens ad modum galli: iuxta illum hymnum. Ales dei nuncius. ⁊c. Iste est deus mercatorū inquantū lucratur aias deo: ⁊ furatur diabolo peccatores: ⁊ debet habere modo rigorem viri/modo suauitatem ⁊ benignitatem muliebrem ſm diuersas temporis ⁊ negocij circūstantias. Talis occidit argum. id est diabolum vel quemlibet deprauatum. ¶ Aliter significare posset sapientes mundi ⁊ aduocatos vtilitatem propriam siue prauitatem vtilitati ⁊ publice preferētes: sed istud causa breuitatis omitto. ¶ Construe. heros herois dicitur vir fortis/probus/strenuus. silennius scilicet mercurius dictus a silennio monte in quo colitur: vel dicitur a silendo. id est mouendo: quia de summo celo ad terras mouetur. Ideo dicitur interpres diuitū/tractans. id est tractando disponens/succos. id est aquas humores vel liquores herbarum conficiendo medicinas/reuocat. id est liberauit ⁊ retraxit exortes. id est animas expertes. Exors ſm Catholicon dicitur ab ex ⁊ sors. id est extra sortem positus: vt Sapientie. ij. Nemo nostrū sit exors luxurie vestre. id est alienus vel extra sortem/lucis. id est claritatis/ab vmbris. id est inferis Umbre proprie dicuntur anime vagātes circa sepulchra ſm paganoꝝ quorūdam erroneā opinionem/virga. i. cum virga mercurius dico potens. i. doctus ⁊ instructus tali arte medicine vt credas alia cuncta fateri/confiteri (simplex pro composito illum ita esse potentem in illa arte) quem scilicet mercurium/natum. i. filium (hic natus nomen est ⁊ regit genitiuū aquando reperitur participiū: vt a Uirgilio primo eneid. Nate dea. ⁊c) maie. i. illius mulieris filie athlantis: de quo superius aliquid dictum est/mammam nouerce (dicitur quasi nouos arcens: vel dicitur a nocendo nouerca eius erat iuno) lactauit. i. lac ministrauit ⁊ prebuit. Et hec de hac parte dicta sufficiant.

Omnipotens ithide poscenti dona sophie
Annuit intantum nature vincat vt vsum
Preditus ingenio decorauit menia templo
Confectum gazis euertit amor mulieris.

¶ hic alithia ꝯñr subiungit hystoriā suā: ⁊ dicit breuiter sic. Deus oṗs salomoni ꝯcessit magna ⁊ egregia dona sapiētie: ⁊ idē salomō templū ꝯstruxit. Ipse autē sapiēs ⁊ diuitijs abundans per amorē vniꝰ mulieris submersus ⁊ deceptus fuit. ¶ Iste textus habet tres particulas. Prima tractat de sapientia salomonis: de quo hr. iij. regū. iij. ca. vbi dr ꝙ confirmatum eīt regnū in manu salomonis filij dauid: ⁊ accepit filiā pharaonis: ⁊ nō erat edificatū tēplū dñi vsqꝫ in diē illū. Et dū immolaret salomon in gabaon vbi erat excelsum maximū ⁊ obtulit mille hostias in holocaustū. Apparuit dñs salomoni per somniū noctis dicēs. Postula qd vis vt dem tibi. Et dixit salomon. Dabis dñe si placet seruo tuo mihi cor docile vt possit iudicare populū ⁊ discernere inter bonū ⁊ malū. Et dixit dñs: qꝛ sapientiā ⁊ nō aliud postulasti: ideo eris sapiēs ⁊ intelligens intantū vt nullus ante te similis fuerit tui: ⁊ nullus post te surrectus sit: etiā similis sit tui. Et statim in eodē ca. ponitur hystoria de iudicio salomonis qñ duabus mulieribus pro filio litigantibus dixit. Afferte mihi gladiū ⁊ diuidite infantem viuū. ⁊c. Et illam hystoriā tāgit romanus ille papa Gregoriꝰ. xij. prius dictus proprio noīe angelus corrarius in litteris ad monumentū bulle dño Benedicto. xij. missis. ¶ hic principes clare introducūtur ad sapientiā ⁊ prudentiā pre oībus alijs exquirendam: sine qua impossibile erat ipsos regnare bene. Uñ Egidius romanus in scđa parte primi libri de regimine principū. ca. vij. oñdit ꝙ decet reges ⁊ principes esse prudentes. Et cā est: qꝛ sine prudentia non est rex ſm veritatē: sed noīe tm̄. Scđo sine prudētia de facili vertitur in tyrānū. Tertio sine ipsa nō pōt naturaliter dñari. Primū sic ꝑꝫ. Rex est nomen officij vel dignitatis: est enī regis officiū vt suā gentē regat ⁊ dirigat in debitū finē: ⁊ hoc fit per prudentiā. Uñ dr. vi. ethicoꝝ ꝙ illos estimamus esse prudentes qui sibi ⁊ alijs possunt bona speculari ⁊ prouidere. Est ergo quidam oculus quo bonum ⁊ debitus finis cōspicitur: qui ergo hoc oculo caret non sufficienter videre potest ipsum bonū nec finē igitur propositum: ⁊ sic talis carens prudentia magis est signū regis ꝙ sit rex: sicut denarius ereus vel plumbeus est signū aliquā-

do mille librarũ. Alia duo ꝓportionabiliter declarãt. Scd̃a ꝑticula nostri textus agit qualiter salomõ edificauit templũ dñi. et illud originaliter scribitur. iij. regum. vi. cap. vbi dr̃ ꝙ domus quã edificauit rex salomon habebat quadraginta cubitos ex lõgitudine ⁊ alta proportionabiliter. ⁊ ponitur ibi ⁊ sequitur. Edificauit parietes domus intrinsecos tabulatis cedrinis: ⁊ cõsequẽter describit oraculũ: ⁊ dr̃ cõsequẽter ꝙ oĩa cooperit laminis aureis ope quadro ad regulã ⁊ ibi mirandũ ⁊ pulchrũ artificiũ describitur. cuius expositio remittitur omnino ad doctores theologos ⁊ ad sacros doctores. Ex hac particula clare patet. ꝙ decet reges ⁊ ꝑcipes esse magnificos. sicut tangit idẽ Egidius. c. xx. parte allegata vbi dicit. Tãgit phs. iiij. ethi. sex proprietates paruifici que si inessent regibus maxime derogarent regie maiestati. Prima proprietas est. ꝙ circa oĩa deficit: qꝛ esse paruificum est facere parua ⁊ de rectitũ. Secũda eius ꝓprietas est si contingat etiã paruificũ magna expendere pro paruo perdit magnũ bonũ. Tertia est quecũꝙ facit tardãs facit. Quarta est paruificus habet mẽtionem ꝑncipaliter quõ paruos sumptus faciat. Quinta est ꝙ semper expendit cũ tristicia ⁊ dolore. Sexta est ꝙ cũ ipe nichil faciat videtur ei semꝑ ꝙ agat maiora ꝗ̃ debeat. ¶ Ex qͥbus patet ꝙ decet principẽ esse magnificũ in cõstructiõe castrorũ/ecclesiarũ/ciuitatũ/collegiorũ. Summe tamen cauere debet ne hoc faciat de rapina subditorũ ne dicatur sibi. Congeries lapidũ variis cõstructa rapinis. Corruet. aut alter raptor habebit eam. ¶ In tertia particula textus p̃ntis agitur qualiter Salomon per amorẽ mulierũ fuit euersus. ⁊ de hoc originaliter. iij. regũ. xi. cap. vbi dr̃ ꝙ amauit Salomon mulieres ⁊ alienigenas multas: cũ tamẽ dixisset deus. Nõ ingrediemini ad eas/nec ingredientur ad vos. certissime enĩ aduertent corda vestra. vt sequamini deos earũ. Et habebat salomon multas vxores ⁊. ccc. cõcubinas. Cumꝙ senex esset deprauatũ est cor eius per eas. ⁊ adorauit deos alienos. Que videns deus dixit. ꝙ habuisti hoc apud te scindam regnũ tuũ ⁊ dabo illud seruo tuo. verũtamen in diebus tuis nõ faciam propter dauid patrẽ tuum: sed de manu filij tui scindã illud/dabo illi tribum vnam propter dauid seruũ meum/⁊ hierusalem quam elegi. ¶ Allegorice aũt exponendũ est sic. Dauid vir fortis non edificauit tẽplum: sed salomon. i. xp̃s rex pacificus cõstruxit templũ. s. ventrẽ gloriose virginis marie/finaliter xp̃s propter ecclesiã passus est mortem. ⁊ sic quasi seipsum abnegauit ⁊ factus patri obediens vsꝙ ad mortem/mortem autem crucis. Ex hac parte clare apparet ꝗ̃ perniciosum est nimis adherere mulieri. Pro quo videatur idem Egidius in. iiij. parte ca. ij. vbi dicit ꝙ mores iuuenũ vituperabiles sunt sex modis. Primo vt dicitur. ij. rhetorice Iuuenes sunt passionũ isecutiui. ⁊ maxime iis sequuntur cõcupiscẽtias circa corpus sunt enim incõtinẽtes ⁊ insecutores venereorũ actuũ ⁊ magis reguntur passione ꝗ̃ ratione. Secundo sunt de facili vertibiles. Tertio sunt nimis creditiui. Quarto sunt contumeliosi. Quinto sunt mendaces omnino quodãmodo pertinaciter adherẽtes. Sexto in actionibus non habent modum sed omnia faciũt ⁊ in excessu cõtra documentum comici in andria. Nanꝙ arbitror apprime in vita esse vtile vt ne quid nimis. Ideo per oppositum habentur sex alie iuuenũ bone conditiones quas iste doctor enumerat in primo capitulo quarte partis. Primo enim iuuenes sunt liberales. Secundo sunt animosi ⁊ boni spei. Tertio sunt magnanimi. Quarto nõ sunt male moti. Quĩto de facili miserentur. Sexto sunt verecundi ⁊ erubescitiui. Et ista etiam tangũtur. ij. rhetorice. Ultimo circa istum textum sciendum est ꝙ salomon multa habuit nomina sicut solet notari. ⁊ aperte dicitur ⁊ declaratur circa initia librorũ biblie/quos ipse composuit. s. sapientie/parabolarum/ecclesiastes/canticorum. vt apparet per hec metra. Ithida pacificus salomõ simul ecclesiastes. Appellant doctum quattuor ista virum. ¶ Construe. Omnipotens scilicet deus annuit concessit. ithide. id est salomoni (⁊ interpretatur discretus poscenti/requirenti/dona sophie. id est sapiẽtie (grecum nomen est intantũ vt vincat vsum nature. quia non est visum nec auditum ꝙ aliquis haberet naturaliter tantam sapientiam) isto dico preditus (de predor predaris) predatus. id est diues effectus/ingenio. id est ingeniũ sapientia (secunda breuis. id est honorauit. ⁊ dicitur decus decoris) menia. id est muros caret singulari numero ⁊ declinatur menia/menium/menibus. templo (⁊ dicitur a templor/non est in vsu) amor scilꝫ inordinatus. mulieris (mulier dicitur quasi mollis aer/vel quasi mulcens herum. de qua heroum: contra iouinianum. Pulchra facile adamatur. quod plures amant difficile custoditur/molestum est possidere quod nemo habere dignatur. minore tamen miseria deformis mulier habetur ꝗ̃ formosa seruatur. De qua Esopus. Femina femineum nil bene finit opꝰ euertit. id est effrenauit/destruxit eum/confectum. id est repletum simul factũ/gazis. id est diuitijs. ¶ Hystoria conuenit cum fabula priori: quia sicut ibi visum est de mercurio de quo dictum est. Arte potens tali ⁊c. ita hic de salomone dicitur. Nature vincat in vsum. Et ibi de iunone bona nouerca. hic autem de muliere pessima.

Gnosia cum raros quateret dodona racemos
Mater larga ceres miserata fame pereuntes
Tritholomum mundo misit serpente ministro
Qui primum terre speciem monstrauit ariste.

¶ Hic consequenter pseustis reincipit pro libito tangens talem fabulam. Quodam tempore quo dodona sylua crethensis pducebat paucos fructus. Ceres mater larga humani generis miserta: instruxit tritholomũ in agricultura/ qui primus ministrante serpente hominibus modum colendi agros pro frugibus edocuit. Presens hystoria scribit ab Ouidio circa finem. vi. methamor. vbi dicitur q ceres irata de amissione filie sue proserpine: misit sterilitatẽ per totam terram. postq̃ autem filiam reperisset: misit tritholomũ in curru qui trahebatur a serpentibus: et per istum ceres dedit semina et fruges toti mundo. dũ autem iste venisset ad domum Ludouici regis voluit eum occidere lyncus: sed ipse mutatus in lyncẽ: quia suum militem occidere parauerat. ¶ Ueritas hystorica vt dicunt fuit q ceres fuit domina ditissima: que tempore cuiusdam famis acerbe per tritholomũ procuratorem suum vendi iussit frumenta in diuersis partibus orbis. ¶ Ista fabula exponitur. Ceres est deus pater/ tritholomus est xps: vel filius dei incarnatus: qui seminauit semẽ fidei nostre fructuosum/ filia cereris est aia humana: que p pctm̃ et preuaricationẽ pthoplasti pdita erat. Lyncus est populus iudeorum: q effectus est obstinatus et bestialis. ¶ Aliter. Ceres est xps qui postq̃ filiam suam aiam: de penetralibus plutonis. i. diaboli liberasset: etiã totũ mũdũ pñter post resurrectionẽ et ascensionẽ suam recreauit per semina euãgelij publicata p tritholomũ: hoc est per discipulos suos: qr in omnẽ terrã exiuit sonus eorum. ¶ Aduertendũ est cõformiter ad textũ q in prima etate homines vescebant glande et fructibus naturaliter in syluis et agris sine cultura crescentibus: vt dicit Boe. v. de cso. phie. Felix nimiũ prior etas contenta fidelibus aruis. nec inerti perdita luxu: facile que sera solebat ieiunia soluere glande. Tales fructus maxime abundanter crescebant in dodona: qui semel sterilis fuit. Ceres autẽ querẽs filiam suam instruxit tritholomũ filium cuiusdam hois: in cuius domo recepta fuit: agriculturã: habebat autem iste currum cereris tractũ a serpẽtibus: qr sm veritatẽ tritholomus erat homo astutus et prudens. ¶ Physice ceres potest significare vim naturalem productiuam rerũ per calorẽ et humorẽ: cuius filius dicitur proserpina: quasi prope terrã serpens: qr in celo luna est inferior planeta: que dñatur supra humida: et ea non vigente in rebus fit sterilitas: quia deficiente humore fructus non pullulant. ¶ Construe. Cum dodona: illa sylua quasi dans dona/ gnosia (adiectiuum est gnosius/ gnosia/ gnosium. i. cretensis: a ciuitate illius patrie sic dicta) quateret. i. produceret et emitteret (vnde quateret significat commouere/ concutere/ percutere/ vexare: et habet composita concutio/ percutio/ incutio/ discutio: vt dicit Catholicon) racemos raros. i. paucos fructus (et hic nomẽ speciei sumitur pro noie gñis) ceres illa dea frugũ: quasi creans res mater larga miserata (de misereor/ aris. et nõ de misereor/ eris) homines supple pereuntes fame (hec fames/ mis) misit mundo (dr a mundando per antifrasim: qr mundus non mundat: sed magis polluit. ergo qui manet in mundo nõ mundus erit) tritholomũ illum virũ: et hoc dico serpente quodã ministro. i. ministrante sibi qui scilicet tritholomus monstrauit (sine de: et tunc textus est speciem et non spem. si autem textus sic demonstrauit tunc dicet spem monosyllabũ) primum spem vel speciẽ ariste. i. frugum bladi vel segetis (et dicitur de areo/ ares) terre. i. terrenis hominibus.

Nubes ethereas precibus obstruxit helyas
Gramina nulla super madidus stillaret vt imber
Pulsus humo patria bibit a torrente propheta
Suffecit pastus quem detulit assecla coruus

¶ In hac parte alithia incipit ponere hystoriã de pplo israel qñ regnũ eorum fuit diuisũ ppt pctã populi. Et diuidit in duas. primo ponit gesta tpe malorum. Scdo tpa quorũdã bonorum. ibi Occasum iosue. Itẽ prima in tres. scda ibi. Effugiũ terre. tertia ibi. Addictus morti. In prima parte dr sic. Ad preces helye nubes celi obstructe fuerunt: ita vt nullus humor caderet supra herbas terre propter qd ipse expulsus est a patria: et bibit de torrẽte: et comedit pastũ sibi allatum per coruum. ¶ Hec hystoria habet. iij. regũ. xvij. Unde helyas homo diuinus

exorauit deum vt non plueret super terram annos tres & menses sex. quia videbat iezabel reginam gentilē volentē cogere populum israel sacrificare idolis. postea autē orauit amore ppli israelitici. q pereuntis vt plueret & pluit. vñ dr in cap. allegato. q factum est verbum domini ad heliam dicentis. Recede hinc et vade contra orientem. & abscondere in torrente charith qui est contra iordanem & ibi de torrēte bibes. & ita fecit. Corui quoq deferebant ei carnes et panē. & siccato illo torrente iuxta mandatum domini. iuit in sareptam sydoniorū et ibi a quadā vidua nutritus est. Ex historia patet q efficax est oratio viri iusti apud deum qr multū valet deprecatio iusti assidua. vt dicit beatus iacobus in epistola sua canonica. ca. v. vbi allegat hāc historiā. Est eni oratio quasi nuncia: quā vt deum pro parte nostra mittimus. que si fuerit iusta et honesta. & eam porrigamus humiliter et deuote. exaudit qr vt dicit Augu. in quodam sermone. Oratio si pura est. si casta fuerit celos penetrans vacua nō redibit. Et idē alibi. Oratio oranti est subsidiū/ deo sacrificiū/ demonib9 autē est flagellum. Et Ambrosius super psalmum dicit. Despiciuntur orationes leues. diffidentes/ inutiles/ seculi curis anxie. & rerū corporalium curis implicite. bonorū autē operum fructibus infecunde Item cassio. super psalmum. Oratio serenat cor. abstrahit & mundat a vitijs. subleuat ad celestia. redit capacius et dignius ad accipienda dona spiritualia. ¶ Iezabel significat dyabolum q. homines faciebat idolatrare. helyas autem est christus infringēs potestatem demonis. & ante aduentū xpi cessabat pluuia et ros predicationis domini: q helyas bibit de torrente in via dicitur in psal. hoc est q xps bibit de torrente in hac valle mie. qr vere languores nostros passus est. & pro nobis mortuus est. Corui. hoc est peccatores ministrabant xpo necessaria vite. Finaliter helyas delatus est in celū in curru igneo. s. post resurrectionē eius vt aperit textus sequens. Construe. helyas. ille propheta obstruxit. i. clausit. et pluere non passus fuit. nubes ethereas. i. aereas (qr secundā verā philosophiam nubes sunt in aere. et sunt vapores humidi eleuati a corporibus humidis. vt ab aquis et talibus per calorē solis in aerem. scz in mediam regionē aeris. Et istis nubibus coadunatis ipe graues sunt & cadūt et ex hoc causatur pluuia sicut magis declarat sup primo metheoroꝝ precibus suis (hec est tertia species cesure que dr post eptimemeris. quia vltima de precibus breuis est: & hic producitur in principio quarti pedis (vt nullus imber) dr ab inebriando. i. fecundando terram. i. nulla aqua. nullus humor. nulla pluuia) stillaret. i. stillando caderet. super gramina. i. herbas (& hic prepositio post ponitur suo casuali per figurā q dr anastrophe. qr p Uirgiliū. Trāstra per et remos. &c. Et vt dicit donat9. quādo dr pubetenus propheta. i. helyas (dicitur a procul. & for faris) pulsus humo. i. a terra patria (adiectiuū est) bibit a torrente (& dr a torreo. i. voluo. vnde Ebrardus. Torrens est veniens aqua ex nubibus liquefactis) pastus. i. cibus nutrimentū (& dr de pasco/ cis) suffecit sibi. quē pastū coruus. illa auis assecla. i. minister nuncius (Assecla scdm catholicon dicitur de assequor/ queris. seruus vel comes qui sequitur aliquem) detulit. i. sibi apportauit.

Gorgonis effigie mortalis vertitur vde
Nam qui viderunt quasi lapides diriguerunt
Bellerophon monstro cum palladis arte perempto
Comit equi pennas/ et se diuisit in auras.

¶ hic psequitur ponit aliā fabulā. & dicit q mortales homines vertebantur a gorgone ita vt q eā viderēt rigorē lapidis cōtraherent. Dicit pterea q bellerophon mōstro deuicto & pempto. p artē palladis. comit. i. ornat equū suū et volauit per aera. ¶ Sciendū est q in hoc textu duplex pōt esse lectura. Prima vt in istis quatuor versibus tantūmodo tractet vna materia. scz de Perseo q superauit gorgonē. q perseus alio noie appellat bellerophon. vt inquiunt. Scda lectura esset vt in duob9 pmis vsib9 tangat fabula de Perseo et gorgone in secunda de bellerophon. ¶ Aggrediendo ergo primam expositionem. hec fabula describitur ab Oui. in. iiij. metham. circa finē. Glose coēs grecismi super illo versu. In trinitatibus poeticis Gorgones tres monocule. que fuere sorores dicūt sic. Phorcus quidā rex fuit q habuit tres filias. scz medusam/ curialem/ & strenionē. qbus morte superueniēte ipe reliquit regnū. Iste tres solū habebāt oculū et gorgonce vocabant. Medusa autem omnes cernentes se mutabat in lapides. sed missus est perseus ad gorgonē iterficiēdā. & habebat arpem gladiū mercurij: et scutū palladis cristallinū. Unde medusam auxilio & consilio palladis interfecit. cui cum arpe caput absciderent. ex sanguine eius ortus est equus pegaseus alatus. ¶ Ueritas historica fuit q phorcus rex tres filias habuit. illas. scz que habere vnum oculū dicuntur.

quod nihil aliud est: nisi qr successerunt in regnū patris. et fere ipse tres vnicā et consimilez pulchritudinē habuerūt. vnde monocule nuncupant. ¶ Dicunt consequenter ille glose pro allegoria φ phorcus. i. mentis grauitas quā timor cōcomitatur habuit tres filias. Stenio interpretatur carnis debilitas. Curiale delata. pfunditas vel cogitatio fluctuans et instabilis. Medusa obliuio desperatio vel terror q̄. etiā ceca dr. Cecus eni dicitur ille quē cōmittantur ille tres sorores. Medusa vero se intuentes in lapides commutabat. i. ille qui habet tria vicia durus quasi lapis efficit. ¶ Perseus est hō virtuosus. arpes mercurij est bona fundia. Clipeus palladis est sapientia cū quibus vicit illa tria vicia. Per pegasum equū alatuz et diurnū illius bonā famā procedentē ab operationibus virtuosis intelligimus q̄ per totū mundū generaliter diuulgatur. Dicuntur autem gorgones quasi terre cultrices geo eni est terra. orge cultura. Ex q̄bus apparet φ ad superandū hostes feroces nō minus requiruntur sapientia q̄ʒ bellica arma. ¶ Ultra ista aliter pōt exponi hec fabula. Gorgones iste sunt aduocati qui hoies lapides. i. stupentes. et admirantes eos reddunt q̄ oēs habēt vnū oculum hoc est vnū gen⁹ malicie ad extorquendas pecunias. ⁊ istū oculū. i. sensum naturalē quē appellant. et istam prudentiā et sapientiā mundi aufert mors. et eos dimittit sine capite rationis. ⁊ ita moriuntur et a perseo vincuntur. Uel perseus est xp̄s natus de dane virgine gloriosa. Uñ dicit Fulgentius. φ perseus occidit medusā. i. statim cū aliquis facit aliquod notabile factū statim nascit equus volucris. s. fama publicans illud. quā famā pulcherrime describit Uirg. iiij. eneid. et late dicit. Fama malū quo non aliud velocius vllum. Mobilitate viget: viresq̄ʒ acquirit eundo. Parua metu primo. ⁊c̄. ¶ Circa alios duos versus sciendum est φ aliter dicūt alij de inuētione pegasi qui pcussione sui pedis fontē in helicone monte musarum fecit. Unde pretus vel preto rex libie duas vxores habuit. De prima puerū habuit sagacissimū / pulcherrimū / fortissimū / ⁊ generosissimū. Et dictus est bellerophon. Prima vxore mortua habuit secundā q̄ istū puerū cōcupiuit. ⁊ qr ipse sibi obtemperare noluit. ideo erga maritū suum eū accusauit. Quo audito pater decreuit eū mittendū ad quoddā monstruz sicilie superandū. s. chimerā q̄ a parte superiori erat leo in medio hyrcus. ⁊ a pte inferiori serpens. Istē iuuenis istud monstrū supauit: ⁊ pegasum equū acquisiuit ¶ Ueritas historica fuit φ in sicilia erat quidā mons periculosus. in cuius pede leones habitant. in secunda hyrci siluestres fortissimi. in tertia serpentes. In hūc mōtē accusatione nouerce sue iste puer miss⁹ est. sed oia euasit ⁊ chimerā supauit. ¶ Istud mōstrū pōt significare meretricē queliʒ. Juxta illud. Omnis revera meretrix est dicta chimerā: Est leo pars prima. mediū caper. āguis ad ima. Est leo p fast⁹. capra sordibus. anguis ad ast⁹ ¶ Aliter iste mons est iste mūd⁹ q̄ hʒ tria genera ferarū. In primo gradu sunt leones violenti raptores impij ⁊ supbi. In secundo sūt hyrci fetidi ⁊ luxuriosi. In tertio sunt serpentes et diuites astuti ⁊ auari. Bellerophon autē . i. xp̄s vel quilibet virtuosus ista superat. ⁊ sic mundum sine periculo euadit. Et hec fabula allegari potest contra maliciam nouercarū. ¶ Construe. yde (dicunt glose cōmunes. fuit regina quedā que mutata fuit a medusa. sed ego illud nunq̄ʒ reperio ⁊ ego credo φ meli⁹ glosetur sic) yde id est forma (⁊ est nomen grecū ⁊ declinatur. hec yda ydos. ⁊ yde ydea. ⁊ ydos ⁊ alchides) mortalis. s. humana. vertitur. i. mutatur. effigie gorgonis. i. meduse. nā pro quia illi qui viderunt illum. diriguerunt. i. rigidi facti fuerunt quasi lapides. bellerophon. ille vir comit. i. ornat pēnas. i. crines equi sui. ⁊ dimisit se in auras. i. in aera ⁊ hoc dico. monstro perempto. i. occiso. cū arte palladis. illius dee (que est dea sapientie. Monstrum est vt dicūt philosophi naturales. effectus veniens extra semp ⁊ frequēter cū dispositionib⁹ sibi aut speciei sue disconuenientibus. Et potest in genere venire quadrupliciter. Primo ex parte materie in se. et hoc dupliciter. vel propter defectū vel propter abundantiam. Secūdo modo ex dispositione ipsius materie. vt si sit nimis sicca ⁊ fluxibilis. sic generatur gnauus. ⁊ econuerso. Tertio ex cōtinēte materia. sicut si matrix aliquo modo rūpat exit aliq̄ portio materie. et sic hō fit gybbosus. Quarto mō ex parte agentium vel superorū vel particulariū. et de istis latius videatur in secundo phisicorum circa finem.

Effugium terre iezabel obstruxit helye
Cum distractus equis apparuit igneus axis
Flammea que venit vatem quadriga leuauit
Spiritus heredi geminatur amore magistri.

¶ hic alithia subiungit historiam suā que dependet ab alia tacta prius. Dicit ergo φ helye non est relictus locus per quem effugere posset. sed omnis impeditus fuit per iezabel. Di=

cit vlterius q helyas fuit cum curru igneo ductus τ eleuatus in celū. Dicit finaliter q spūs ꝓphetisandi quē habebat helyas: geminat⁹ est in discipulo suo helyseo. ¶ Hec hystoria describitur .iij. regū .xix. Quantū ad primū versum vbi dr. Nunciauit autē achab iezabel oīa q̄ fecerat helyas. τ quō interfecisset oēs ꝓphetas baal gladio misitq nunciū ad helyā dicens Hec michi faciāt dij τ hec addāt. nisi hac hora cras posuero aiam tuā sicut aiam vni⁹ ex illis Timens ergo helyas fugit venitq in bersabee iuda. τ dimisit ibi puerū suū τ iuit in desertū τ petiuit a dño. Dñe sufficit michi. tolle aiam meā. τ proiecit sese τ obdormiuit in vmbra iuniperi. τ sibi apparuit angelus dñi. τ ibi cōsequēter aperit. ¶ Ex ista particula elicitur vnū documentū .s. q nullus propter veritatē vel diuini cultus vel fidei assertionē vel exaltationē debet aliqd damnū incurrere. nec a potentibus debet quoquo modo affici viri litterati veritatē τ quid agendū τ dicere τ asserere debēt. Sed sunt aliqui cupiētes eos impedire ne veritatē dicāt. vel post eam dictam volūt eos aliquo modo opprimere. τ hoc est vere tyrānizare. Permittatur ergo libere loqui quecūq scdm deū et iusticiā dici debeāt (saluo tamē semper honore regio) Uerūtamen vt dicitur in ethicis. Si veritas τ amicitia dissentiāt: veritas est amicitie preferenda. Et malicia vel tyrannica conditio istius regine iezabel in hoc est imitanda: sed sceleratissima reputanda. ¶ Circa aliā partem sciendū est q .iiij. Regū .ij. capitulo habetur quomō helyas cum discipulo suo de galgalis trāsiuit in bethel. de bethel in hierico. τ deinde in iordanē. τ tulit helyas palliū suū τ inuoluit eū. τ percussit aquas q̄ diuise sunt in vtrāq partē: τ transierūt ambo per siccū. Et dixit helyas ad helyseū. Postula a me qđ vis τ faciā tibi anteq̄ tollar a te. Dixit helyseus. Obsecro vt fiat spūs tuus duplex in me. Et ecce currus igneus τ equi ignei. Et ascēdit helyas per turbinē in celū τ clamabat heliseus. Pater mi pater mi. Et scidit vestimenta eius in duas partes. τ eleuauit palliū helye quod ceciderat ei. τ illo percussit aquas τ non sunt diuise. Et dixit. Ubi est de⁹ helye. Et iterum percussit τ diuise sunt. τ transiuit aquā. Uidentes hoc filij ꝓphetarū qui erāt in hierico dixerunt. Requieuit spūs helye super helyseū. τ veniētes in occursum eius adorauerunt eū proni in terrā. ¶ Et cōsequēter tangitur qualiter misit sal in aquas: τ dixit. Sanaui aquas has. τ non erit vltra mors neq sterilitas. Dicūt glose q iesabel .i. iudei vel synagoga. helyā id est xpm morti tradidit qui xps a morte resurgens in celos ascendit. Helyseus aūt deprecatus est vt spūs helye in eo duplicaretur .i. anteq̄ ascenderet discipulis suis dedit spiritū sanctum vt in die penthecostes in igneis linguis. Aduertēdū est q boni discipuli est optare vt magistri spūs in eo duplicetur .i. debet diligēter laborare exercendo se in studio. vt possit maiorē scientie gradū in duplo attingere τ habere q̄ sit ille quē habuit magister suus. Hoc autē fieri poterit vt de facultate oratoria dicit Cicero. Arte mutatione τ vsu vel exercitio. ¶ Construe. Iesabel illa regina (nomen est indeclinabile) obstruxit .i. clausit τ impediuit. helye isti sancto prophete. effugiū (dr de effugio/gis .i. recessum vel fugā. vel locū per quē effugere vel euadere possit terre) cū axis (Axis est pars currus. et in tractatu de sphera dicitur linea transiens per centrum sphere applicans extremitates suas ad circūferentiā. τ vtraq pars sphere dr axis sphere. Unde axis denotat volubilitatē circuli vel sphere circa ipm qđ connotat dyamiter. τ in hoc est differētia inter eo) axis igneus .i. currus igneus τ sic hic esset synecdoche distractus .i. diuersimode tractus. apparuit helye. quadriga (dr de quatuor et iugū) flammea quasi ignea que venit de celo. leuauit .i. eleuauit. vatē .i. istū ꝓphetā (τ sic sumitur in bono significato) spūs ꝓphetie geminatur .i. duplicat. heredi .s. helyseo. amore magistri sui. scz helye (magister dicitur a maiori statu.) ¶ In istis duab⁹ hystorijs est facilis cōparatio. Primo largitas cereris. τ sterilitas helye (vt dicūt glose) q̄tū ad illā partē. Nubes ethereas τc. Aliter dicitur q sicut in illa fabula Enosia τc. facta est mentio de bonorū abūdantia data a cerere. ita ibi. Nubes τc. de bonorū τ pluuie carentia facta ab helya. Ista autem pñs hystoria cōuenit cū precedenti fabula in hoc q sicut perseus delatus est per auras cū pegaso equo. ita helyas in curru illo. τ sicut gorgones iste erāt mulieres peruerse ita ista regina iesabel fuit pessima. Item sicut bellorophon habuit artem palladis .i. sapientiā. ita helyseus spiritum sui duplicatum.

Tithonum thalamis dignatus orora superbis
Augendo vitam mutauit in vsq cicadem
Extinctum troie sepeliuit mennona longe
Annua cuius aues venerantur festa frequētes

¶ In hac parte pseustis pro libito incipit fabulari seu disputare. Et dicit quod tithonius fuit maritus aurore: qui vitam suam tantum produxit donec in cicadam mutatus fuit. Dicit preterea quod mennon filius aurore mortuus est in bello troiano: et sepultus ab ea cuius festa ab auibus annuatim celebrantur. Hec fabula quantum ad primam partem tangitur in .iiij. eneid. a vir. vbi dicitur. Tithoni croceum linquens aurora cubile etc. vbi patet textus est tithoni sine r/in prima syllaba. Fuit autem iste tithonus frater laomedontis patris priami regis troianorum. Huius fabule veritas hystorica est quod tythanus fuit rex potentissimus orientalem terre partem inhabitans. ideo maritus dicitur aurore. Aurora enim est hora matutina qua sol oritur. et dicitur ab aura. Est autem aura ventus dulcis qui tunc flare solet: mutatus est in cicadam animal paruulum garrulum: quia in senectute sua more aliorum senum fuit garrulus. iuxta illud ouidij O sola fortes garrulitate senes. Alie autem sunt proprietates que faciunt ad recommendationem senectutis: videantur a tullio de senectute qui incipit. O tite. si quid ego adiutam curam ne leuasse etc. ¶ Circa secundam partis textus particulam sciendum est. quod vt habetur .xiij. methamor. vbi describitur luctus aurore de morte mennonis. Et dicit Ouid. Luctibus est aurora suis intenta. Piacque nunc quoque dat lachrymas et tota rorat in orbe. Et de mutatione mennonis in volucres dicit. Et primo similis volucri nunc vero volucres etc. Unde mennon iste iuit ad troiam et ibidem interfectus est. Ipse autem a matre sua fuit in retheo promontorio troiano sepultus. et aues singulis annis festa eius celebrare dicuntur. ¶ Ueritas fuit quod mennon vir strennuus fuit occisus et ibi sepultus. et iuxta sepulchrum eius solebant aues quamplurime nidificare. Dicitur aliter quod dum sepeliebatur mennon et flebat ignis regalis astiterunt aues: quarum due ceciderunt in ignem et mater credidit. ideo filij animam vel cineres transmutari in aues. ideo voluit quod ministri singulis annis illas duas aues sacrificarent ad honorem filij sui. Ex hac parte elicitur pie matris officium sepelientis filium suum defunctum: et pie lachrymantis et gementis: et orationes et obsequia pro ipso facientis etc. ¶ Construe Aurora. i. illa regina: dignans (dicitur de dignor/aris. i. dignanter accipiens) thalamis suis. iuxta illud. Dic thalamum sponsi etc. superbis. i. nobilibus et pomposis tithonum illum virum mutauit eum augendo. i. protrahendo et producendo vitam suam in vsque cicadam. i. in illud animal paruulum (quod cantat per estatem totam in cauernulis terre. per quod intelliguntur homines ociosi et dediti lasciuijs et voluptatibus mundanis nichil curantes nisi iocos et illecebros. Dicitur autem cicada quasi cito cadens. i. moriens. Aurora sepeliuit mennona. i. mennonam actus grecus. extinctum. i. suffocatum/interfectum/occisum. Troie (nomen est ville et dissillabum: et dicitur a troie rege. et sita est in frigia. Et inde troius/a/um. dissyllabum. et troianus/a/um. et tros trois. i. troianus. et troas/dis. vel dos. i. materia troiana. Longe potest esse aduerbium qualitatis vel nomen (longe. i. pompose/ample magnifice. cuius mennonis festa annua. i. annuatim iterata. aues dicitur ab auendo. id est cupiendo. vel ab a quod est sine et via. frequens. i. frequentantes (nomen pro participio) veneratur. i. honoratur (verbum est commune: hic actiue vel transitiue positum).

Addictus morti faciem rigat imbre salubri
Rex ezechias et fati distulit horas
Ne dubitaret item se promeruisse salutem
Lora sui cursus sol retroflexit anhelus

¶ In hac parte ponit alithia suam recreationem dicens quod ezechias rex morti adiudicatus fleuit et ipse mortis sue dilatauit siue dilatatum fuit a deo: et ne dubitaret quin salutem et vite prolongationem meruisset. sol qui continue mouetur ad motum sphere deferentis cursum suum reflexit ad ortum. ¶ Presens hystoria dicitur originaliter .iiij. regum .xx. vbi dicitur. Egrotauit ezechias vsque ad mortem/ et venit ante eum Isaias filius amos propheta. Dixitque ei. Hec dicit dominus deus: precipue domui tue: morieris enim et non viues. Qui conuertit faciem suam ad parietem: et orauit dominum dicens. Obsecro te domine memento quomodo ambulauerim in veritate coram te. Fleuit itaque fletu magno. Et factus est sermo domini ad Isaiam dicens. Reuertere et dic ezechie. Audiui orationem tuam: et vidi lachrymam tuam. et ecce sanaui te. die tertio ascendes templum domini. et addam diebus tuis .xv. annos. sed et de manu regis assyriorum liberabo te. et ciuitatem hanc protegam. Et dixit Isa. Afferte massam succorum. Quam cum posuisset super vlcus eius curatus est. et dixit Isa. Uis vt ascendat vmbra decem lineis an vt reuertatur totidem gradibus. At ait ezechias. Facile est vmbram crescere decem lineis: nec volo vt hoc fiat: sed vt reuertatur retrorsum decem gradibus: et ita factum est. Et illud sufficit pro textuali expositione. Alia eiusdem capituli dimittuntur tanquam impertinentia. vt primus. ¶ Ezechias representat quemlibet peccatorem cui concedit deus spacium penitentie: intantum quod etiam priora crimina et peccata potest per contritionem/penitentiam/et satisfactionem per confessionem emendare: dominus enim

nõ vult mortẽ peccatoris. sed magis vt conuertatur et viuat. et hic aliqualiter tangi posset materia de confessione. in libello metrico. scz Penitens cito peccator. ⁊c. ⁊ ille materia ad lõgum tractatur. iiij. Sniarũ. Uerũtñ ꝙ notari volo illud quod scribit Marci primo. Penitemini ⁊ credite euangelio. ⁊c. ¶ Aliud documentũ est hic. s. ꝙ multũ valet oratio cum fletu ⁊ amaritudine cordis. vt etiã talis oratio impetret sanitatẽ corporalẽ. immo ⁊ vite prolõgationem vltra periodũ naturalem. vt hic. Ideo facta est illa consuetudo religiosa. qua pegre ecclesias dei. beate marie. ⁊ aliorũ sanctorũ et sanctarũ visitare solemus. dũmodo tñ mentio sit recta. ⁊ petitio rationi consona. ¶ Construe. Ezechias rex israelita. addictus. i. adiudicatus vel deputatus (et est textus melior ꝙ̃ adductus p u) morti. rigat (actiuũ est aut absolutũ) faciem suam. imbre. i. aqua ⁊ lachrima salubri. i. salutifero ⁊ vtili. ⁊ ipse distulit. i. prolongauit horas fati. i. mortis sue. ⁊ ne ipse dubitaret se promeruisse. item. i. iterum (dr autem ꝑmereor de pro ⁊ mereor) salutẽ. i. vite dilationem. immo. vt certe sciret sol (dr quasi solꝰ lucens. ⁊ est. medius inter alios planetas. vt dicunt astrologi. sicut rex in medio regni) anhelꝰ. i. festinus vel fatigatus vel velox cursu flexit retro loram (lora est habena eq̃. hoc solũ metaphorice ⁊ poetice attribuitur) sui cursus. i. motus. Iste versus est astrologicus quo ad sentẽtiam. quia in eo tangitur de sole. de motu eius. de retroflectione vel retrogradatione. de q̃bus videt̃ in. ij. de celo et mũdo tract. de sphera ¶ Ista historia conuenit cum precedenti narratione fabulosa vel poetica. in hoc ꝙ sicut tithoni vita aucta est et in cycadem commutata est. ita vita ezechie et sicut contra naturam est cineres mutari in aues. ita ꝙ sol retroflectatur a motu.

Excedit laudes hominum qui primus agones
Instituit fieri sub vertice montis olympi
Ardua victrices obnubit laurea crines
Ducit pompa domum/sequitur confusio victum

¶ In hac parte ꝓponit pseustis aliã historiã ꝓuocãdo alithiã. Et dicit ꝙ si ille qui primus instituit agones. non põt suffıciẽter laudari ab hoĩbus: qꝛ in illis coronabant̃ laurea qua obtinebant triumphũ. ⁊ ducebant̃ domũ cũ pompa. ⁊ solẽnitate illi vero qui vincebantur erãt confusi. ¶ Pro illius textus elucidatione. est aduertendũ ꝙ vt dicunt glose cões. Hercules postꝙ̃ a diuersis victorijs insignis in grecia redisset. ⁊ iam confectus labore pariter ⁊ etate quietã vitam ducere elegisset. iuxta olympũ montẽ consedit. ⁊ ne hoĩes a virtute desisterẽt inertemq̧ consumerent vitam. diuersi generis ludos instituit. q̃s olympicos ab olympo mõte vocauit. Nam alij cursu. alij luctatione. alij alijs pugnis inter se decertabãt. et q̃ legitime certassent ⁊ in agone pstetissent. laurea corona premiabant̃. vt ait phũs primo ethicorum. Frustra teste ille fortissimus milo athleta crotonensis quinquies victor euasit. ¶ Sũt tñ q̃ dicũt olympicos ludos a ioue institutos. nã in olympyco monte ipsum habitasse cõstat approbatoꝝ snia. verũtñ explanatio nr̃i textus nõ stat in decisione huiꝰ controuersie. ideo ipm ad pñs relinquo. ¶ Sed ꝑ habẽda informatione morali ex textu pñti sciẽdũ est ꝙ veluti primus institutor agonũ non põt iuxta sniam littere sufficiẽter laudari ab hoibꝰ. qꝛ scz inuenit aliq̃d. q̃ hoies ad bene btẽq̧ viuendũ inuitaret. ita certe viri lrati q̃ volumina ꝯpoñũt. ⁊ q̃cq̧ optima reperierint tradũt lr̃is. vt ad eorũ posteros memoria accumulet̃. accumulatissimus laudibus sunt extollendi ⁊ publico stipendio etiã nutriendi. Ita eni apollo delphicus mẽsã aureã ad thalẽ millesiũ. qui tũc solus alios sapia prestabat. deferri iussit. Et ita clementiꝰ de magistris. xp̃ianissimos francoꝝ reges facere iubet. saltẽ viris doctissimis quatuor ideomatũ. vt ptꝫ ibidẽ. ⁊ seruat̃ ferme ꝑ totã italiam. ¶ Etiã dat̃ hic documẽtũ. ꝙ hi q̃ sũt diuduꝫ in lrãlia palestria versati. ⁊ ad postremũ emeriti principiũ cura ⁊ sollicitudine debẽt promoueri ad hoc: vt sciãt vñ future vite necessaria accipiant. Sic veteres romani fecisse multorum testimonio cõperimus. ⁊ nunc vsq̧ vniuersitates suos probos et studiosos viros postꝙ̃ sufficienter docti sunt laurea magistrali insigniũt. ⁊ sic eos a studio absoluũt. ¶ Alteriꝰ datur documentũ. ꝙ illi qui passionibus bestialibus ventri ⁊ libidini operam dant et ocio torpent cõfundendi sunt. ⁊ aliorũ consortio arcendi. hi eni mores plurimorũ corrũpunt. iuxta: Morbida sola pecus inficit omne pecus. Ob hãc rem etiã sunt apud romanos cõstituti censores quorũ erat officiũ scire vñ q̃sq̧ viueret. ⁊ qui nõ aliquo artificio aut modo honesto victũ haberẽt grauiter mulctabant̃. Instituere. Laurẽtio valla teste. significat animũ hois moribꝰ ⁊ cõsilio istituere. Etiã significat incipere. vt hic. ¶ Olympꝰ. teste strabone. mons est in grecia altissimꝰ iter thessaliã ⁊ macedoniã. Est alter olympus i gallo grecia. alter vero ad mare

rubrũ in ethiopia. q̃ oriente sole vsq3 ad quintam diei horam flãmas emittit. Ab olympꝰ venit olympia feminini generis. locꝰ vbi fiebant ludi: sed neutri generis certamina. hec seruius in arte. Inde olympias tempus quatuor annorum. nã de quatuor annis in quatuor annos solebant fieri tales agones. Et scd̃m hoc numerabantur anni apud veteres. vt olympia de tertia vel quarta. ⁊c̃. sicut olim numerabantur anni ab vrbe condita. vel nunc a natiuitate xp̃i. ¶ Obnubere caput. i. caput operire. ait festus pompeius. vnde nuptie dicte a capitis optione. et est translatio a nubibus scd̃m seruiũ. q2 nubibus celũ tegit. Virg. in. ij. Arsurasq3 comas obnubit amictu. Laurea sertum vel cornula facta ex duobus ramulculis lauri. quia olim coronabantur milites qui bene pugnauerunt. hac etiã poete coronabantur. vñ poete laureati dicti sunt. vnde ⁊ baccalarij. quia coronabantur baccis lauri. Põpa grecũ est. ⁊ laurentio vallensi teste. Pompa oĩs spectaculũ est in prosperis et aduersis. ¶ Construe. Ille. s. qui primus instituit. fieri. i. pagi. celebrari agones. illos ludos sub vertice. i. sũmitate. olympi montis sic dicti (excedit laudes hominum) sic ꝙ non potest sufficienter laudari ab hominibus. ardua. i. magna laurea. corona de lauro. obnubit. i. operit crines victrices. id est ipsius victoris. et pompa ducit. s. victorem. domum id est ad domum. scilicet et confusio sequitur. victum. id est superatum.

Occasum iosue deflebant oppida iude
Macedonum campos fons detestatur et arbos
Omnis adhuc etas/ sed precipue hieremias
Merent morte sua leges et nobile pascha.

Quos in distigij serie complecteris enni

¶ Hic pseustis deoꝝ pluralitatē asserit. vel deoꝝ auxiliū implorat. Et diuiditur in duas secundū q̄ in duobus locis istam deoꝝ multitudinē innuit. Scd̄a ibi. Triste mari. Itē primo facit q̄d dictū est. Scd̄o quasi deficiēs dicit noctē abesse. ibi. Sponte sua. Et est vna debilitatio secundū diuisionē alibi factā. Itē primo facit ꝓpositionē suā. Secūdo alithia sibi cōtra=

dicit ibi. Erroris causas. Primo ergo pseustis dicit deorum pluralitatē. et statim alithia dicit dei veri vnitatē. Dicit ergo sic. quod sylue frondent et prata virent. et oīa rident. Elicon habet suas musas. et protheus suas napeas. Sunt alij circa tēpe. de quibus loquitur ennius poeta in suo distigio. Unde quando ipse dicit. Huc elicon. etc. Et in alio versu. Assint. Videtur inuocare. ¶ Circa istū textū aduertendū est quod vt dicitur. v. methamorphoseos. pallas que est dea belli et etiā sapientie voluit visitare eliconē montē in quo erat fons musarū poeticarū delectabilissimus. et eo viso eas felices reputat et statū earū. quod concedūt muse si pallas adesset eis. et si quiete viuere permitterentur. Et illud recte applicari posset ad studētes qui habent statū felicissimū et honestissimū. si bene permitterentur gaudere suis preuilegijs et libertatibus iuxta merita eorū promouerentur. vt sic respublica per sapientes iuxta dictū platonis regeretur. Iste elicon vt dicūt poete est mons habens fontē musarū. qui mons fuit factus a pede pegasi quia postquam superauit perseus gorgonē de sanguine eius natus est pegasus alatus. et pede suo fontē caballinū vel pegaseū vel medusium vel cristallinū fecit. Fingūtur autē poete de fonte illo potare. et illud tactū est prius vbi de gorgone agebatur. ibi. Gorgonis effigie. etc. Et de isto fonte loquitur persius in principio sui libri dicens. Nec fonte labra prolui caballino. etc.

¶ Sciendū est vlterius quod vt dicūt poete noue sunt muse poetice. famulātes apollini in elicone monte iuxta fontē cristallinū in quodā nemore. et sunt iouis et memorie filie. noīa sūt clio. enterpe. inepemione. talia polimia. erato. tersicore. vrania. et caliope. Macrobius in secundo super somniū scipionis equiparat eas octo causatibus spherarum celi. et nonū dicit in his contentū causatū ex oībus motibus. He muse aliter referri possunt ad modos scientie et doctrine. per eas enim intelligimus cogitationē. dilectionē. diligentiā. capacitatē. meditationē vel memoriā. similium inuentionem. iudicationē de inuentis/ electionē iudicatorum. prolationē acceptatorū. Alij intelligunt nouē instrumenta requesita ad perfectā vocis formationē. Circa aliā particulā vbi dicitur. Huc elicon. sciendū est quod protheus dicitur deus ambiguus. quia nō erat certe determinate figure. sed capiebat sibi diuersas figuras. Per quē possumus intelligere hoies duplices fictos. ypocritas. et mobiles ad modū arundinis vento agitate. Napea dicitur esse dea florum. a naye quod est flos sicut nayades sunt dee fontium. nereydis maris. driades syluarum. oreades montium. et sic de alijs. ¶ Circa tertiū metrū sciendū est quod tempe sūt loca amena et delectabilia et tesqua sunt loca horrida siluestria in thessalia. ita innuit Lucan. dicens. ij. Amplexus fines saltus nemorosque tesqua. etc. et in princ. viij. Iā super herculeas fauces nemorosque etc. Et est tēpe nomē indeclinabile carēs singulari et neutri gnīs. Iuxta Alexandrū in suo doctrinali. Neutrū plurale fit cete recollige tempe. etc. Circa vltimū metrum sciendum est quod ennius est quidā poeta antiquus latinus qui precessit virgiliū. quē aliquando tullius allegat. vt ibi de officijs. Unde homo cunctando restituit. Et in principio de senectute ipse capit metra ennij quando dicit. O tite si quin ego adiuto. tu iam vel leuasse. etc. Eius tamē volumē ad nos non peruenit. Distigiū est liber procedens per duo metra vnā sniam cōtinentia. sicut illud de galādis. Cespitat in falleris. Et dicitur a dya quod est duo et stigos versus. Alij dicūt quod dicitur a dya quod est duo et stigiū infernus: vel a stige fluuio infernali. quia ennius cōposuit vnū librum de fluuijs infernalibus et demonibus dijs inferis. quos omnes pseustis inuocat in adiutorium suum. ¶ Ultimo considerandum est nomina deorū que apud poetas magis sunt vsitata sunt ista. Saturnus. iupiter. mars. mercurius. apollo. venus. dyana. minerua. iuno. vulcanus. neptunus. pan. pluto. iris. sicut patet diligenter perlegenti volumina poetarum et cetera. ¶ Construe. Silue frondent. i. frondes habēt (frondeo verbū est neutrū. silua dicitur a sileo/ es.) prata virent. i. vigorē habent. oīa ridēt. i. florēt vel ridere videntur (et est trāsūptio vel methaphora) O elicon o tu mons mitte huc. i. ad hunc locum auxilium meū. musas tuas. O protheu (nomē est dei) mitte napeas. i. illas deas. illi dij scilicet qui curāt tēpe. i. loca florida assint mihi. precipue. i. maxime. et illi sunt dij incātationū et magice artis. vt patet in lucano Et illi assint etiam. quos o enni (sine h. hic ennius/ nij.) tu cōplecteris. i. cōprehendis. cōtines et enumeras. in serie. i. in ordine. distigij. i. illius libri tui.

Erroris causas finxit timor atque voluptas
Singula sint baratro/ si singula numina celo
Si sua mundus habet/ si ponthus quid modo restat
Ni quod membra tenes/ tot confiteare penates.

¶ Hic alithia rñdet et repellit seu reprobat premissam propositionē pseustis. et dicit quod deorum multitudo introducta est per timorē et voluptatē. Unde si dicamus in inferno vnū esse deum

in celo aliū. in mundo alium: et similiter in mari. cur non poterimꝰ dicere ꝙ tot sunt dij ꝗt
habemus mēbra in corpore nr̄o ꝛ sic quasi essent infiniti dij et innumerabiles. Hic ergo vult
dicere alithia ꝙ est tantum vnus ꝛ non plures dij. sicut aliqualiter deductum est superiꝰ in
illo textu. Par idemqꝫ deus ꝛc. Et tangit causam propter quam homines cōfessi sunt plura
litatem deorum. Prima est timor iuxta illud Stacij thebaydos. primus in orbe deos fecit ti
mor. Secunda est voluptas. sicut epycuri posuerunt felicitatem in voluptatibus. vt circa
primum ethi. tractatur. ꝛ ex isto multa et magna inconuenientia inciderunt. Et vt verisimi
le est. etiam vilissimꝰ ille ꝛ detestabilissimus machometus ꝑ predicationes suas que ꝑtim vo
luptatem permittebant. seduxit multos. ꝛ a veritate fidei catholice deuiare fecit. Hic posset
tractari origo idolatrie. vt de bel ꝛ baal ꝛ talibꝰ ns que omittunt̄. Vñ de timore dicit Hug. li.
iij. de aīa. Si amor dei teneri non pōt: saltē teneat ꝛ terreat timor iudicij. dolor inferni ignis
vrens. vermis corrodens. sulphur fetēs. fulmina tartara. De voluptate dicit Tullius mul=
ta in de senectute. in detestationē ipsius. Et Isid. li. iij. de sūmo bono. lꝫ sepe in medio carna=
lium deꝰ ꝓtegat vitā electorū. tñ satis raro est vt qsqꝫ inter seculi voluptates positus. ami=
cus dei maneat illibatꝰ ¶ Construe. Timor finxit causas erroris (imponendo plures deos)
atqꝫ pro et voluptas. inordinata et carnalis delectatio. si singula numinis (hoc numē est de=
us) vel sint baratro. i. in inferno (ꝛ dr̄ quasi vorʒ trū) ꝛ singula numina. sunt celo. si mūdus ha
bet etiam sua numina. scꝫ si ponthus. i. mare: hꝫ etiam sua. qd restat modo (interrogatiue le
gitur (restat. i. manet vel īpedit (qsi dicendo nihil restat) ni. i. nisi cōsiteare. i. confitearis tot pe
nates. i. deos priuatos et domesticos (vt apud Virg. iij. eney. Cum penatibꝰ ꝛ magnis dijs)
quot mēbra tu tenes. i. habes in corpore tuo. Si ergo in hac ꝑte alithia reprobat dictū pseu
stis. ꝗ pluralitatē deorū asserebat. ꝛ sic hic dicit contrariū sui dicti. et in hoc obseruat̄ lex hu=
ius carminis amabei. iuxta dicta alibi. ꝛc.

Sponte sua thauri cupiunt ad tecta reuerti
Vesper oues cityso capras depellit ab vlmo
Ni natura redis lupus insidiabitur agnis
Cede dies celo/ quia nescit cedere virgo.

¶ In ista ꝑte pseustis ostendit suam debilitatē scdam. Et diuidit̄. Primo dicit iam noctem
venisse ꝛ tēpus sit exponēdi finē certamini suo. Scdo vidēs alithiam nō velle tacere sed sibi
respondere. Iterato facit aliā narrationē. ibi. Triste mari vectis. Itē primo proponit pseu=
stis. scdo alithia respōdet more solito. ibi. Si vos terret oues. Dicit ergo primo sic. ꝙ thauri
iā saturati volūt reuerti ad domos. ꝛ ꝓpter vesꝑtinā horā oportet oues dimittere herbas
ꝛ pascua. ꝛ oportet etiā capras dimittere vlmos. Dicit deinde. O alithia nisi ad gregē tuū
redieris festinanter. lupus insidiabitur agnis tuis ꝛ regi tuo. Dicit finaliter ex quo ita est ꝙ
ista virgo nō vult recedere vel finire. o dies recede a celo. In isto textu pseustis iam debilita
tus multum ꝛ pene superatus ostendit noctē esse. hoc autē facit per circūlocutionē. dicēdo.
Sponte sua. ꝛc. Scdo hortat̄ hic alithiā ad redeundū ad gregē suū. ꝛ causā reddit. Tertio
ad deos recurrit. vt dies finiat̄ ne deuincatur. Quarto ꝛ principaliter intendit euadere ma
nus alithie. ne contra ipsum ꝑ fronesim sententia feratur tanqꝫ cōtra deuictū. ꝛ intendit ali=
thiam suis monitionibus apparētibus decipere. Sciendū vlterius ꝙ iste modus loquendi
ꝗ ponit̄ hic sumptus est a Virg. in buc. obseruando legē buccolici carminis. vbi de rebus ru=
ralibus sermonē facit. ꝛ ꝑ eas intentionē suā manifestat. vt ibi. Cogite donec oues stabulis
numerūqꝫ referre. Iussit ꝛ multo processit vesꝑ olympo. Et similiter dicit in fine prime eglo
ge ꝛ tertie. et fere vbiqꝫ. ¶ Sciendū est vlterius circa vltimū metrū. scꝫ Cede dies celo. ꝛc.
quod reperit̄ inferius bis vel ter. ꝙ illud metrū proprie appellat̄ versus. qꝛ pluribus vicibꝰ
inter alios ponitur: sicut in bucco. iste versus. Incipe menalios mecū mea tybia ṽsus. vel sic
Ducite ab vrbe domū mea carmina ducite daphnim. Et eodē modo dicēdū est de illo alio
versu in sequenti textu posito Fige dies cursū ꝛc. ¶ Considerandū est vltimo. ꝙ iste textus
potest legi allegorice. vt dicunt glose. ꝑ thauros intelligendo superbos. ꝑ tecta sua intelligū
tur cubilia et fomēta viciorū ad que reuertunt̄ viciosi. vñ vesper est diurna immoratio in vi
cijs. ꝛ quasi vsqꝫ ad finē vite depellit simplices et bonos a vera doctrina et fide. Per capras
intellige viciosos et peccatores errantes a bona operatione. Et ideo nisi alithia. hoc est ve=
ritas vel ecclesia vel prelatus reuertatur ad gregē pascendum cibo diuino. dyabolus insidi
abitur gregi. querēs quē deuoret. Et in hoc hortantur prelati sollicite curare gregē ꝛ vigila
re diligenter. ¶ Cō. thauri illa aīalia. cupiūt reuerti (deponēs est) sua spōte. i. voluntate. vel

affectiõe ⁊ inclinatione. ad tecta. i. ad stabula. Uesper depellit oues cytiso. i. ab illa herba et depellit capras ab vlmo scȝ arbore. O alithia. ni. i. nisi tu. matura. i. festina. redis. i. reuertaris ad gregẽ tuũ. lupus insidiabitur (dr̃ de insideo/ des. vel de insidie insidiarum) agnis tuis ⁊ ideo o dies (dr̃ a dya grece qđ est clarũ latine) cede. i. recede (simplex pro cõposito. ⁊ est auferesis. vt ibi in Cathone. Mitte archana dei. i. dimitte) celo. i. a celo q꞉ virgo. s. alithia nescit cedere. i. recedere. hoc est nõ vult litem terminare vel disputationẽ finire.

Si vos terret oues lupus ad caulas redeuntes
Cornibus elatis illum mea cura petatis
Quem sine fraude pius paschalis vicerat agnus
Fige dies cursum/ ne perdat virgo triũphũ

¶ Hic alithia respondet alloquendo gregem suum in hunc modũ. O oues. si quando reuertimini ad caules lupus perturbauerit vel terruerit. petatis ipsum elatis cornibus. hoc dico dyabolum resistẽdo ei qui ab agno paschali deuictus est. Dicit finaliter. O dies mane et nõ recede a celo. ne ego perdã triumphũ quẽ habitura sum de isto peruerso pseusti. ¶ Aduertendum est hic ꝙ alithia hortatur suas oues resistere dyabolo vel lupo. Secundo hortatur imitari agnum paschalẽ (eo ꝙ omnis xp̃i actio nostra est instructio. Tertio dirigit orationem ad deũ. supplicando vt sol fixus adhuc maneat. causam subdit ne ipsa perdat victoriã. ¶ Iste textus etiam legitur allegorice sicut precedens. vt sit sensus. si dyabolus terret fideles redeuntes ad vitam ⁊ fidem. tunc in signo crucis ⁊ firma fide sibi resistatis. ⁊ petatis illũ quem agnus paschalis. i. xp̃s superauit. Et hic vltimus versus ponit orationẽ anime petẽtis spaciũ penitẽtie. vt dyabolũ superare possit. ⁊ de ipso victoriã habere. ¶ Cõstrue. Oues si lupus terret. i. territas reddit vos redeũtes. i. reuertẽtes ad caulas. i. ouilia. o vos inquã exeuntes mea cura petatis cornibus elatis. i. erectis loco defensionis vr̃e illũ dyabolũ. quẽ pius agnus paschalis. i. xp̃s (iuxta illđ ap̃li ad Corin. v. Pascha nostrum immolatus est xp̃s ipse enim vt agnus occisus est: ⁊ se dedit nobis in eduliũ in sacramento ab eo instituto (vicerat. i. superauerat. sine fraude. ⁊ non per fallacias. O dies fige (sine n debet scribi). i. fixũ redde et pone cursuȝ tuum. hoc est cõtinue claritatẽ tuã. ne virgo scȝ alithia perdat triumphũ id est victoriã suam. quã intendit habere super istum pseustim. ¶ Obseruatur lex istius carminis sicut in textu precedenti. vt clare patet.

Triste mari vectis helene respectus in astris
Frugibus erugo/ serpentum sibilus agro
Hortos talpa fodit/ digitos vrtica perurit
Omnia quis diuũ potuit cõfligere tantum

¶ Hic pseustis non videns alithiam desistere iterato narrationẽ aliã inchoat. ⁊ deorũ pluralitatem approbat. ⁊ dicit ꝙ helene stella est nautis nociua ⁊ tristis. erugo nocet frugibus ⁊ sibilus serpentum agris. talpe viuunt ex humo. vrtica de natura sua habet ꝙ sit pũgitiua ⁊ adustiua. quis ergo deorum est ille vnicus qui omnia ista tam diuersa potuit facere. componere confingere. ¶ Aduertendum est ꝙ aliqui dicunt hic pseustim aliqñ adire ad fidem ⁊ veritatem. sed hoc nõ video. immo expresse videtur potius probari ⁊ attestari deorũ pluralitatem cum ipse dubius et quasi admirans querit. Omnia quis diuum ⁊c̃. Aliũ dicunt ꝙ ibi pseustis proponit alithie per modũ interrogatorium vnum enigma: sed hoc nõ videtur multum probabile ⁊c̃. ¶ Cõstrue. Respectus helene illius stelle lucide in cuius ortu frequẽter accidunt procelle in mari in astris. i. inter astra. (⁊ potest esse ꝓtheseos paralange) est triste. i. res tristis. vectis (de vehor/ ris. i. portatis. s. nautis vel alijs qui per mare deuehuntur) mari. i. in mari. Erugo dicunt aliqui. i. illa herba (hoc non credo) sed debet dici aerugo. i. aeris rubigo (⁊ est infectio vel tempestas vel corruptio aeris nocens frugibus. et si in textu ponitur aerugo reuocetur a causa metri) est triste frugibus (dr̃ de fruor/ eris (sibilus serpentũ (iuxta illud. Sibilus est hoĩm: serpẽtum sibila dicas. q̃ differẽtia hic confunditur. est tristis agris. i. cãpis. q꞉ campũ inficit suo sibilo ⁊ reddit campũ sterilẽ) talpa illđ aĩal. fodit hortos id est ꝟgulta ⁊ viridaria vrtica. i. illa herba (q̃ dr̃ ab vrendo) ꝑurit digitos de natura sua. qs diuũ. i. deorũ (quasi diceret nullus. immo plures. vel) potuit tantũ. i. rem tantã (vel tantum aduerbialiter) confligere. i. cõmiscere. oĩa supradicta. vel in vnũ mittere vt conuenirent.

Dulce viro mulier pratis arentibus ymber
Mandragore sterili fons agricole sitienti
Precellit cunctis anime velamina carnis
Exuerit postquam placari iudicis iram

¶ Hic alithia respondet dicens. quod mulier est dulcis viro: pluuia locis aridis et siccis. mandragora mulier sterili: fons agricolis sitibundis. Dicit vlterius quod inter cetera vtilius est anime placare iram iudicis postquam a corpore fuerit exuta. Aduertendum hic quod alithia habet hic sermonem oppositum sermoni pseustis. Locutus eni fuit pseustis de tristibus: ista aut de dulcibus et in hoc significat veritas de sui natura est amabilis et dulcis quamuis dicat comicus. Ueritas odium parit. hoc enim intelligitur apud malos. falsitas aut de se est odibilis et tristis. Unde de veritate dicit hyeronimus. Uos nobiles/ vos aut ignobiles: hec est conditio veritatis: vt eam inimicitie persequantur: sicut per adulationem perniciose amicitie coqueruntur libenter quod delectat odimus et offendat omne quod nolumus. et de falsitate ambro. in lib. de virgi. Uenena non dantur nisi melle circumlinita: et vicia non decipiunt nisi sub specie et vmbra virtutum. ¶ Sciendum est vlterius quod actor iste capit illum modum respondendi per contrarium a virgil. in illa egloga allegata. Forte sub arguta considerat ylice daphnes. patet intuenti processum illius. Circa hanc dictionem mandragore sciendum secundum catholicon. quod mandragora est genus pomi similis parue peponi/ odore/ sapore/ vel specie. quia habet mala suaue redolentia in magnitudine mali maciani. vnde et latini vocant malum terre. Hanc poete antropores appellant: quia habet radicem formam hominum simulantem. Huius due sunt species. Femina folijs lactuce similis generans mala in similitudie prunorum. Masculus foliis bethe similis et accepta in escam (vt quidam opinantur) facit in sterilibus fecunditatem: vt dicitur Gen. xxx. Egressus ruben tempore messis tritice in agro: reperit mandragoras quas matri lye detulit. Et ita sententialiter dicunt in summa sua. et Jsidorus ethi. lib. xvij. Albertus dicit valde multa de ea lib. xvi de vegetalibus. dicit eni mandragora est herba cuius radix labio vocatur et est magna habens similitudinem cum forma hominis. vt dicit Auicenna. Est aut radix eius lignea cinerica et est frigida et sicca et habet virtutem constringendi et mortificandi: vt si quis eam comedat moriatur: sed succurritur cum vomitu melle et butyro. mutilatus membris bibat de ea: et nichil sentiet. Supponitur etiam aliquid de lachryma eius et educit fetum. Et semen mandragore viuificat matricem quando bibitur: et ita de multis alijs que omitto. ¶ Construe. Mulier. i. mulcens herum/ dulce. i. res dulcis et grata viro/ imber est dulcis/ pratis arentibus. i. siccis (de areo/ es.) mandragore: illa herba est dulcis mulieri sterili que non potest habere pueros Fons est dulcis agricole. quasi agros colenti. sitienti. i. melius est cunctis hominibus/ anime. i. quo ad animam. iram iudicis. s. dei omnipotentis. placari. i. pacificari. postquam exuerit vel anima carnis. i. corporis (vel potest esse textus exuerit in plurali: et lyanie est nti casus) Patet ergo quod sicut innuebat pseustis prius deorum pluralitatem: ita alithia dei vnitatem: qui est iudex omnium.

Quenam celicolas auertit dira voluptas
zodaici nunquid loca maximus ordo reliquit
Aut stertunt omnes aut tractant pocula lethes
Cede dies celo quia nescit cedere virgo

¶ In hac parte signatur tertia debilitatio pseustis. Et diuiditur in duas. Primo fit hoc. Secundo resumit vires proponendo enigma. Secunda ibi. Dic michi. Item primo ponit suam falsam opinionem Secundo alithia ponit contrariam assertionem. Secunda ibi. Obtuitu vigili etc. Dicit primo sic a qua voluptate deorum celicolarum affectio immutata est et aduersa nunquid ordo motus zodaici immutatus: aut zodaicus dereliquit loca propria motus sui et regulares motus solis obloqui. Et ideo o dies ex quo ita est quod ista virgo non vult desistere. recede a celo vt ita cogatur recedere. ¶ Aduertendum est hic. quod in hoc textu clare apparet debilitatio pseustis et metus vrgens quod ipsum occupat ne ab alithia deuincatur. Secundo coqueritur super hoc quod sui dij sibi non auxiliati sunt: et illud concluditur ex verbis suis hic positis. Tertio ipse tangit tres errores. Primus est in primo versu: vbi innuit deos celicolas aliqua dira voluptate aduersos. in eis tamen nihil dirum cadere potest Secundus error tangitur in secundo versu de immutatione motus zodaici: quod tamen est regulatissimus et ab agente infallibili directus. Tertius error euidenter ponitur in secundo versu: vbi im-

ponit diȷs ꝙ ipsi dormiũt ⁊ ociantur ⁊ humanos actus negligunt: vt tangit Boetius in primo de cõso. phie. Et cũ hoc in obliuionẽ inciderũt. quod est impossibile. In quarto versu nr̃i textus ponitur oratio pseustis que superius etiam ponebatur. ¶ Circũ istud nomẽ zodiac⁹ sciendum est ꝙ dicitur a zodia grece quod est animalia vel signa latine. ⁊ est animalis circulus vel signifer. q2 in eo sunt. xij. signa nominibus animalium nuncupata. Uel q2 sol in transullam proprietatem animaliũ sortitur. In secundo de generatione appellatur ab aristotele obliquus circulus. de quo poetice pulchre. m. ij. metham̃. paulopost principium. vñ sicut habetur m. ij. c. tractat⁹ de sphera. Iste est secundus magnus circulus celi. Uñ ibi dr̃. Est autez alius circulus in sphera qui intersecat equinoctialem et intersecatur ab eodẽ in duas ptes equales. ⁊ vna eius medietas declinat ad septẽtrionẽ alia vero ad austrũ. ¶ Circa illud nomen lethe sciendũ est ꝙ lethe/lethes est nomen vnius fluuȷ infernalis vbi anime demergũtur ⁊ oim̃ preteritorũ obliuiscunt /ideo interpretatur obliuio. et inde dr̃ letheus/a/um. i. obliuiosus /a/um. et inde lithargia morbus obliuiosus. vt tangit in primo de cõsolatione philosophie. De nominibus fluuioꝝ infernalium habẽtur ista metra. Stix odiũ. lethes obliuio phlegeton ardens. Luctu cochitus. triste sonãs acheron. ¶ Construe (Ista lr̃a dz legi interrogatiue.) Quenã. i. que et nam est sillabica adiectio. sicut met et piam in hoc nomine q̃spiã (voluptas. aliȷ habent voluntas. dira. i. crudelis et inordinata auertit. i. aliorũ vertit celicolas. i. deos superos quasi celum colentes. Nunquid ordo maximus. s. vniuersi eo ꝙ ordinatissime mundus ordinatur et regitur. reliquit. i. dimisit. loca dimisit. loca zodiaci. s. propria quasi diceret videt ꝙ sic aut omnes. s. diȷ. stertunt. i. glosant. i. firmiter dormiunt. Stertere autem magis proprie est dormiendo sonum cum naso facere) aut ipsi tractant pocula. i. potus lethes. i. fluuȷ obliuiosi. O dies cede. i. recede. celo. i. a celo. q2 virgo scilicet alithia nescit cedere. i. locum dare.

Obtuitu vigili curant fastigia celi
Quicquid nutrit humus/quicquid producit abyssus
Non somnum nouit qui verbo cuncta creauit
Fige dies cursum ne perdat virgo triumphum.

¶ hic alithia respondens ponit cõtrariã pseusti assertionẽ dicens. ꝙ deus ille gloriosus qui verbo creauit cuncta curat vigilanter sine somno celestia terrestria et infera. Deinde facit orationem suam sicut alias. ¶ Aduertendum est hic ꝙ alithia remouet errorẽ pseustis ĩ hoc qđ dicebat deos dormire et stertere quãdo hic dicit deum verũ prouidẽter et vigilãter oĩa prouidere et regere obtuitu vigili. Et hic recte incidit materia de prouidentia diuina q̃ oĩa regit fortiter suauiterq3 disponit de qua in. iiȷ. et. v. de consolatione phie. De ista materia ꝑ theologos latissime pertractatur. hic etiam incidit materia de creatione mũdi solo verbo dei iuxta illud psal. Ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt. ¶ Aduertendũ est vlterius ꝙ totalis mundi vel totius vniuersi tres sunt partes principales. Prima est celestis secunda terrestris. tertia est infernalis. Quãlibet istarũ deus viuificat tanq3 aĩa istius mũdi scdm̃ aliquorũ imaginationẽ et omnes illas partes regit. oĩbus presens est. eas creauit. eas videt regit et disponit vnicus deus gloriosus. ¶ Construe ille. s. de⁹ ops. qui creauit cũcta verbo suo. curat. i. cum cura regit. fastigia. i. altitudines celi. obtuitu. i. aspectu prouidentia (dr̃ de obtuor/ris. qđ ꝯponitur de ob ⁊ tuor qđ est aspicio) vigili. i. prudenti ⁊ vigilanti ⁊ ꝓuido. curat inq3. quicq̃d humus. i. terra nutrit. q̃cq̃d etiam abyssus. i. profunditas terre producit. nec pro non et ille inq3 deus non nouit somnũ sicut dicit pseustis. O dies fige (meli⁹ est sine n/ vt dictũ est) cursum ne virgo. alithia perdat triumphum. i. victoriaz. Et dicitur a tris quod est tres. et phonos sonus.

Dic mihi dum tristes adiȷt proserpina sedes
Lege data matri si vellet nata reuerti
Gustum perfidie quis primum prodidit ore
Dic et troianum lauderis scire secretum.

¶ hic pseustis resumit vires suas et proponit enigma. Est autem enigma obscurus sermo quasi mirandus. ⁊ vulgariter appellatur diuinatorium. Secundo alithia respondet proponendo sibi aliud in textu sequenti. Dicit ergo sic pseustis. O alithia dic mihi quando proser-

pina infernales sedes subijt. ꝛ mr̄i sue cereri lex pro educenda nata sua data est. Dicit ergo quis fuit ille qui manifestauit gustū proserpine. et si sic rn̄debis ad illud tu laudaberis scire secretum troie. ¶ Sciendū est ꝙ ista fabula scribitur originaliter. v. metham. post medium vbi de raptu proserpine. de errore cereris. ꝛ de mutatione astalophi in bubonē. vnde ceres filiā suā proserpinā incluserat in quadā domo subterranea. venus aūt duxit eam secum ad colligendū flores quam pluto rapuit et deflorauit. Ista proserpina potest significare puellas ꝛ moniales que si qn̄ clausurā exeunt ad colligendū flores mūdi deflorātur. Ceres filia sua diu ꝛ cū facibus quesita. tandē iuxta iudiciū arethuse descendit ad inferos. et quia filiā suam retrahere nō potuit. illud dixit ioui. qui disposuit ꝙ proserpina per dimidium annum cū plutone regnaret. ꝛ per aliū cū matre esset. Ceres est bonus prelatus. ꝓserpina est ōnis peccator ei subditus. pluto dyabolus. iupiter est deus ad quē per orōnē recurrendū est. Dicit vlterius ꝙ etiā a ioue rn̄sum fuit. ꝙ illa filia exire nō poterat ab inferis si gustasset de fructibꝰ eiꝰ. Sed astolophus asserit se eum vidisse tria grana malogranati comedisse. ideo detēta est ꝑpetuo ꝓserpina ei illū testē astalophū mutauit in bubonē. sic etiā illi q̄ alios accusant ꝛ explorāt mutāt in bubones. q̄r fiūt odibiles ꝛ habēt odio ab oibꝰ. infernꝰ est ille mūdus in quo si q̄s gustauerit tria grana. s. delicias / diuitias / ꝛ honores. vix vl̄ nūq̄ extrahi poterit. ¶ Ista hystoria tota pōt naturaliter ꝛ phisice exponi vt ꝓserpina sumat̄ ꝑ grano cuiuslibet leguminis. hec rapta fuit ad inferos. i. semē positū est i terra. ꝛ ideo in terra deijcit̄ ꝛ putrescit vt semē redeat a terra. q̄r ibi primo violēter detinet̄ ꝛ corrūpit̄. sed ꝓserpina nō redit: nisi postq̄ generauerit. aliter nō. iuxta illō Jo. xij. Nisi granū frumēti cadēs in terram mortuū fuerit ip̄m solū manet ꝛc̄. Alia sūt fabulosa. ¶ Cō. Dic michi o alithia dū. i. qn̄ ꝓserpina illa puella. adijt sedes tristes. s. ifernales. ꝛ hoc dico lege. i. regula et ordinatiōe data a ioue. mr̄i. s. cereri. si nata. i. filia sua vellet reuerti (deponēs est apō modernos. Tulliꝰ tn̄ pōit ip̄m sepe neutraliter) dic q̄s ꝑdidit. i. manifestauit. vel ꝑdēdo denunciauit. ore ꝑfidie. i. ore ꝑfido ꝛ ꝑuerso (alij iūgūt ly ꝑfidie cū ly gustū gustu. s. q̄ ꝓserpia gustauerat fructꝰ iferni) dic ergo illō. ꝛ lauderis pōt glosari. i. laudaberis (ꝛ pōit̄ tēpus ꝑ tpe) scire secretū (dr̄ hic de secerno / nis. inq̄tū cōponit̄ de seorsū ꝛ cerno / nis. ꝛ tūc h₃ ꝑmā breuē. q̄r si cōponeret̄ de se et cerno / nis. ꝑma ꝑduceret̄) troianū vnū secretoꝝ troie erat palladiū image palladis de qua fatatū fuit ꝙ troia nūq̄ caperet̄ q̄diu i troia esset. eā tn̄ vlixes rapuit ꝑ₃ ex hystoria troiana

Cum pelagus mundo subsidat mundus olympo
In medio semper consistit pendulus aer
Dic michi terra leuem celi supereminat axem
Et te posse dei tetragrammaton annuo fari

¶ hic alithia rn̄det et proponit enigma dicēs. O ꝓseusti tu michi proposuisti tuum enigma fabulosum ego ꝓpono tibi aliud tale. cum ita sit ꝙ mare semper subsistat ꝛ subset mundo. mundus celo ꝛ cum semper ipse aer stet quasi pendulus in medio elementorum. Dic michi vbi terra eminet supra axem leuem celi. ꝛ si michi responderis: ego annuam ꝛ dicam te loqui posse nomē dei ineffabile quod appellatur tetragrammaton. ¶ Istud enigma est satis obscurum et difficultas prouenit ex elementorū naturali ordine ꝛ dispositione secundū sub ꝛ supra. q̄r terra est inferior. aqua in secūdo loco. deinde aer. demum ignis. et tamen querit hic vbi est terra supra ignem ꝛc̄. Primus modus legendi fuit iste. Celius vir quidā habuit plaustrū in cuius axe ipse iacuit. ꝛ ꝑponebat enigma hic positū transeū tibus ꝛ ipsis nesciētibus soluere. tandē dixit ꝙ terra est altior aere celi. i. celij. ꝛ est ibi locutio apocopata. sicuti ibi anthoni pro anthonij. Iste modus est modus proportionabilis vni enigmati buccolicorum in eglog. Dic michi dameta. vbi ponitur peculi pro peculij. etiam qn̄ dr̄. Tres pateāt spaciū non amplius vlnas. sed q̄r illud enigma est quodāmodo fabulosum ꝛ satis vanū. Verisimile est eni ꝙ talem sensum nō intendebat alithia (q̄ interpretatur veritas) nō obstante reuerētia bernardi syluestris q̄ taliter exposuit vt iā dictū est. Est alius modus ꝛ magis alithie officio ꝑporcionatus ꝙ terra supereminet leuē axē celi. q̄r xp̄s quasi contra naturā humanā carnē erexit i celos in die ascēsiōis ꝛ eā beatificatā sup oēs thronos ꝛ alios orbes collocauit ad dexterā dei pr̄is. ꝛ ibi vt certū est terra. i. caro hūana de terra formata est supra axem celi. Et hic haberet locū materia de xp̄o ꝛ de virtutibus eius de ascensione de quibus determinat̄ in. iij. sniarū. Et de dotibꝰ corpis glorificati in. iiij. sniaꝝ. vbi materia per doctores plixe ꝛ diffuse ꝑtractat̄. Circa vltimum metrū est notandū ꝙ tetragrāmaton est nomē dei ineffabile vt fertur cōiter. Dicit̄ aūt ineffabile nō quia nullus ipsum fari ꝛ dicere possit.

sed quia ad plenũ nullus potest illud exponere propter profunditatẽ diuini nominis: quia illud est nomen quod est super omne nomẽ: vel nulli licebat illud nominare nisi causa reuerentie in articulo mortis. Et a tetras quattuor / ꝛ gramma littera: quia erat quattuor litteris exaratum apud hebreos. s. ioth / he / van / beth. Uide super illud Catholicon. ¶ Construe Dum pelagus. i. mare (dicitur a pellendo littora) subsidat. id est subsit: dicit catholicon. Sido idem est ꝙ sedeo: ꝛ caret preterito. vnde sido ꝛ sedeo significatione non differũt: nec eorum composita que sunt multa. vt ipse declarat. Alij textus habent subsistat mundo: dicunt aliqui. i. terre: vel. id est alijs corporibus tam elementaribus ꝙ̃ alijs qui sunt fere totus mundus: dum mundus subsidat olympo. i. celo / cũ aer: illud elementũ: pendulus: q2 pendere videtur inter alia. De istis elementis videtur in primo methamor. circa principiũ: consistit. i. permanet sistit in medio aliorum. Cum ergo ita sit dico pseusti: vbi. i. in quo loco terra super eminet. i. apparet super axem. Axis est pars currus: vt dictum est in principio huius libri. in secundo versu. Axis vt dicitur in tractatu de sphera: est linea transiens per centrum sphere applicans extremitates suas ad circũferentiã ex vtraqꝫ parte et connotat volubilitatẽ circuli: vel sphere circa ipsum quod non connotat dyameter: ꝛ duo puncta axem terminantia dicuntur poli mundi leuem celi. Leue dicitur quia superfertur alijs. Et leuissimum quod super omnibus alijs superfertur patet in principio de celo ꝛ mundo vbi de ista materia: ꝛ ego annuo. i. concedo permitto te posse fari / proferre loqui / tetragrammaton. i. illud nomen dei Patet hic ꝙ pseustis videns ꝙ non potest alithiam vincere veritatibus vel narrationibus tentat si possit eam vincere enigmate vel problenmate. Est autẽ probleuma oratio sensum habens implicitum. Et alithia proportionabiliter respondet. Et in hoc videtur simplicitatem ꝛ moram rusticorum exprimere.

Ista suis hodie si preualet artibus in me
Dum cessit mopso calcantis more dolebo
Fraude puellari non sic patiar superari
Millesies repetam nisi subtrahat hesperus horam

¶ Hic introducit pseustis solus loquẽs ꝛ sup potẽtia vel ptãte alithie conquerens. Unde ipse vidẽs se multũ deprimi dicit sic. Si ista alithia supat me hodie ego dolebo sicut menalcas victus a mopso doluit: sed tñ ego nõ pmittã me supari per fraudẽ eius: sed millesies repetã ea ꝙ̃ dixi ꝛ aliss aduersus eã pposui nisi nox impediat me. ¶ Aduertendũ est hic ꝙ mopsus et calcas duo fuerũt poete quorum quilibet alteri pposuit enigma: ꝛ vnus inuidebat alteri. Mopsus igitur tenebat fructũ cuiusdã arboris in manu sua: ꝛ quesiuit a calchante cuius arboris esset: qđ nesciẽs calchas pre ira mortuus est. Uirg. in buc. introducit quẽdam pastorẽ appellatũ mopsum: qñ dt. Cur nõ mopse boni qm̃ conuenimus ambo. ꝛc. Et in hystoria troiana legitur de quodã diuinatore ꝙ̃ dictus est calchas. de quo virgi. ij. eneid. Donec calchante ministro. ꝛc. Sed nõ videt mihi ꝙ iste textus de altero istorum debeat intelligi: sed de alijs. ¶ Sciendũ est vltimo circa metrũ finalẽ ꝙ iste textus varijs modis legi solet. Una opinio dicit ꝙ calchas fecit vnũ librũ. Dicit ergo speustis se velle repetere dicta illius libri ad confutandũ alithiã. Dicunt alij ꝙ millesiũ est ciuitas in qua natus est tales: ꝛ calchas: ꝛ multi alij fabulosi. Aliter dicitur ꝙ millesies est aduerbiũ. id est mille vicibus: sicut centies. i. centum vicibus / decies. i. decẽ vicibus. ꝛc. ¶ Construe. Si ista (dicit pseustis alithie) preualet in me. id est contra me. vt ibi in adulterum ꝛ desertorem: hodie suis artibus ego in dolebo more calcantis qui mortuus fuit / dum. i. qñ ipse cessit. i. locũ dedit mopso. Sed non patiar me superari. i. vinci / fraude. i. deceptione / puellari. i. vnius puelle: q2 hoc est magnũ dedecus: sed repetam millesies iuxta expositiones tactas: nisi hesperus. i. illa stella que dicit quasi vesperus subtrahit. i. remoueat vel impediat / horam. i. tempus.

Nunc vtinam tales falsorum fictor adesses
Quattuor in primis euangelice rationis
Nitar codicibus nostrum de virgine corpus
Ut deus assumpsit nec labor iste grauabit

¶ Hic alithia sola loquẽs introducit ꝛ perterrere faciens pseustim dicit sic. Utinã tales ille fictor falsorum huc veniret in auxiliũ tui: vel contra quẽ ego disputare deberẽ: tũc ego transirẽ

74

ad veritates euangelicas quas in mediū preponerē: ⁊ ipm̄ talibus confutarem vt de mate
ria incarnationis filij dei in beata maria virgine. Illud autē facerē ego prompte ⁊ faciliter
nec grauarer. ¶ Aduertēdum est hic ꝙ in precedentibus superatus est pseustis: ⁊ deuictus
ab alithia principaliter ⁊ tantummodo per hystoricas narrationes veteris testamenti ⁊ fi
naliter per propositionem enigmaticam; hic autem confutatur per veritatē euangelicam
non tamen propositā in publicū: sed tantūmodo cōminatam que veritas est a deo sincera
efficax ⁊ pura ad confutandos hereticos ⁊ falsitatē sustinentes ꝙ merito pseustis qui inter=
pretatur falsitas timet ⁊ desperat. Item sciendum est ꝙ iste tales fuit vnus septem sapien=
tium grecie. Alij autem fuerunt solon/ byas. ⁊c̄. Et credo ꝙ cum allegat Aristote. in primo
de anima. vbi tāgit opiniones antiquoꝝ falsas ⁊ erroneas de anima. Et iste tales erat fictor
optimus fabularū: ⁊ tenuit multas opiniones falsas in phia: quapropter in textu preceden
ti: qnando dicitur. Millesies repetam/ apertissime repetā: potest intelligi de figmentis isti⁹
taletis: ⁊ hoc videtur dicere pn̄s textus: qn̄ alithia optat etiā ipm̄ taletē adesse. ¶ Sciendū
est vltimo ꝙ per transitū tangitur hec materia de incarnatione verbi: de qua dicitur Johā
nis pmo. Et verbū caro factū est. De q̄ in tertio sniarū. Un̄ ⁊ hr̄ luce pmo. Uenit angelus ga
briel ad mariā ⁊ dixit. Aue gratia plena. ⁊c̄. Et illa dixit. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi fm̄ verbū
tuū. Et tūc ꝯcepit dn̄m nr̄m iesum xp̄m: non quidē ex virili semine: sed ipse format⁹ est ex pu
rissimis sanguinib⁹ marie mystico spiramine. Alia cā breuitatꝫ omittunt. ¶ Cōstrue. Utinā
(aduerbiū est optandi) o tales (taletis) fictor falsoꝝ/ adesses. i. pn̄s esses ego alithia/ nitar. id
est conabor in quattuor primis codicib⁹. i. libris vel voluminibus vl̄ scriptis rationis. i. veri
tatis euāgelice (Euangeliū in bono debet scribi per u dupplicē. ⁊ dr̄ ab eu quod est bonū: ⁊ ge
lion nunciatio: ⁊ additur vna u consonans: licet in curia romana oppositū seruet in describē
do bullas ⁊ talia) vt. i. qualiter deus assumpsit nostrum corpus humanum de virgine. s. ma
ria/ nec pro non: iste labor grauabit me: ⁊ per hoc ōndit alithia se habere validū ⁊ magnum
animum arguendi adhuc ⁊ disputandi contra pseustim ⁊ ipsum confutandi.

Egregiam sobolem cui per stilbontis amorem
Ui superum magna sociasti teste capella
Obsecro te fronesi iubeas reticere sorori
Quo tendit cedo: nec me cessisse negabo

¶ In ista parte introducit pseustis. Un̄ postꝙ prius posita est altercatio ⁊ debilitatio pseu=
stis. hic ꝯsequēter ponit auxilij imploratio ⁊ victorie confessio. Ista pars intitulat fm̄ diui=
sionē positā in principio: ⁊ in illo textu. Incola primus homo. Dicit ergo sic in textu. O fro=
nesi que (vt recitat Capella poeta) tu matrimonio iunxisti philogiam sobolem tuam ⁊ mer
curium obsecro te vt precipias alithie sorori tue vt taceat ⁊ me deuictā dimittat: qr ego re=
cedo a lite ⁊ certamine tanꝗ victus: nec negabo eā me superasse. ¶ Sciendū est ꝙ pseustis
non potēs alithie resistere fronesim alloquit quā ipe ⁊ ipsa in iudicē elegerūt: sicut dictū est
prius: ⁊ rogat pseustis ipam fronesim vt exoret alithiā vt taceat: qr se victū cōfitet. Et istud
non vult sicut nec pōt aliqualiter ipse pseustis denegare. Pro intellectu hui⁹ textus sciendū
est ꝙ mercurius consilio appollinis duxit in vxorem filiam fronesis: que dicta est philogia:
quia fronesis soror fuit alithie ⁊ mater philogie presentes fuerunt istis nuptijs omnes dij ⁊
dee. Mercurius dicitur cursus mētis. i. sermo q̄ consilio appollinis. i. sapientie duxit in vxo=
rem philogiam. i. rationē. Ista philogia dr̄ fronesis: qr ratio dicit illa prudentie. Omnis dij
et dee venerunt ad nuptias illas. i. coniunctioni sapientie eloquentie rationis et prudentie
omnes assunt virtutes: ita dicūt glose. ¶ Ultra quas magis declarādo textū considerandū
est ꝙ marcianus q̄ et capella dictus est: fecit vnū librū de ista materia: ⁊ incipit. Tu quē psal
lentē thalamis quē mr̄e camena. Progenitū prohibet copula sacra deū. Et illud opus eius
epytalamicum carmen. i. nuptiale. qr est de nuptijs. Et illud cantauit quasi in pn̄tia filij sui.
Un̄ marcian⁹ iste gn̄e afer ciuis carthaginensis dgnitate roman⁹ extitit. Studuit autē par
tim rome: partim carthagine. Uolens autē disputare de septē artibus liberalibus: compo=
suit hāc fabulam de nuptijs mercurij ⁊ philogie: nō tn̄ absꝗ magna ratione: nā philogia in=
terpretatur amor vel studium rationis mercurius dictus est quasi mens currens: qr mercu
rius loco sermonis accipit: qui inter duos serit: vel mercurius dr̄ quasi mercatorū kyrios. i.
dn̄s. Philogia igit ponit in psona sapientie ⁊ rōnis. Mercurius in similitudine facundie et
sermonis: quia vt ait Tullius in principio rhetorice. Eloquentia sine sapientia sepe nocet/
raro vero aut nunꝗ prodest. Sapientia vero siue eloquentia semper prodest ⁊ nunꝗ obest

Cum ergo in sapiente hec duo conueniunt scilicet acumen rationis: ⁊ iucūdia sermonis: tūc
mercurius ⁊ philogia sociantur. ¶ Sciendum est finaliter ꝙ ille marcianus sic nomine pro
prio appellebatur. Dictus est etiam minius ab habitu faciei. i. a rubore. Cicero a cicere: pro
pter triangulationem faciei. Felix ad bonū omne pertinet. Capella (vt dicitur in nostro tex
tu) ab acumine ingenij: quia capella valde acute videt. Uel dicitur capella a petulantia et
lascivia poetica: vel quia sicut capella auidum animal est: ita philosophicas disciplinas aui
dissime aggressus est. Et fecit iste illud opus quod dicitur astrologia marciani: ⁊ icipit liber
iste. Mundus igitur ex quattuor elementis. ¶ Construe. O frenesi dicitur esse prudētia vel
sapientia secundum Catholicon: ⁊ dicitur a phonos prudens / inde fronitus ⁊ infronitus / ob
secro. id est precor te: quasi per aliquod sacrum obtestor te ꝑ amorem stilbontis. id est mer
curij. ⁊ dicitur quasi stillans bona: qꝛ ſm astrologos est planeta beniuolus: cui scꝫ stilbonti so
ciasti i pro sociauisti per sincopam / vi. i. virtute ⁊ conuentu superū. i. supernorū: magnam so=
bolem filiam tuam philogiam / egregiam. i. nobilem / cedo. i. recedo eo loco: super quo. i. ad
quem tendit. i. vadit vel tendis: vel cedo. i. conrecedo. ⁊c̄. nec pro non negabo me cessisse: aut
locum sibi dedisse tanꝙ̄ vni a quo vere deuictus fuit.

Mortales cuncti quod contendunt adipisci
Nec si perficiunt vite discrimina curant
Ex inspirato dominus tibi contulit vltro
Ut cessare velis deuictus supplicat hostis.

¶ In hac parte expedita lite ⁊ finita disputatione inter pseustim et alithiam: ⁊ multis alijs
propositionibus positis et validioribus alithie responsionibus subiunctis. hic ponitur sen=
tentia finalis. ⁊ diuiditur. Primo ponitur sententia: ⁊ cum hoc fronesis rogat alithiam vt ta
ceat. Secundo probat per simile ꝙ tacere debet ⁊ pseusti parcere. Secunda in textu sequē=
ti ibi. Traicius vates. Dicit ergo sic in hac parte. Mortales homines non curant discrimi=
na: hoc est pericula vite sue si possint perficere quod contendunt perficere ⁊ habere. Et ideo
o alithia quia dominus noster iesus christus fecit tibi ex inspirato illud ꝓpter quod debes
cessare ab vlteriori lite ⁊ certamine: ⁊ dedit tibi victoriam ideo tacere debes et cessare. pre=
sertim cum super isto te exoret ⁊ tibi etiam supplicet aduersarius tuus a te deuictus. s. pseu
stis. ¶ Sciendum est ꝙ prima duo metra aliter possunt legi: sic ꝙ mortales curant discrimi
na vite si non perficiāt quod contendūt adipisci: vt pseustis ꝗuis nō potuit voluntatē exple
re: tn̄ curauit de vite sue periculo. Patet ergo ꝙ in hac lr̄a ponit̄ cōis modus ⁊ conditio fere
oīm mortaliū. Scd̄o fronesis ostendit dn̄m deū nostrū semper veritati assistere: ⁊ eandē ad
iuuare ⁊ fouere. Tertio inducit alithiam ad tacendū: qꝛ non est amplius opus sermone vel
verbis: cum ille confiteatur se victum. Quarto ⁊ principaliter ponitur sententia diffinitiua
condēnatoria pseustis etiā ex confessione ꝓpria. Et ista sn̄ia satis aperte trahit̄ ex textu. Si
queratur que vel qualis est ista sentētia. dicendū est breuiter ꝙ est diffinitiua vnius partis
condēnatoria. Hic enim lis erat inter pseustim ⁊ alithiā ⁊: quilibet tendebat ad vincendum
alterum sicut in duello inter pugiles videmus. Pseustis autē primo debilitatus est: deinde
plene victus: ⁊ se habere malam causam confitendi succubuit: ideo condemnatus est silenti
um sibi impositum perpetuo. Et de ista sententia ⁊ de modo ipsam ferendi: ⁊ quam potesta
tem habet iudex arbitrariꝰ qualis fuit in ista causa fronesis videatur per iuristas ad quos
ista materia spectat. ¶ Cōstrue. Cuncti mortales. id est omnes homines qui sunt corrupti
biles: et hoc ex parte corporis: curant discrimina. i. periculo vite sue. si nec pro nō: perficiant
illud quod contendunt. i. satagunt certant nituntur / adipisci. i. acquirere vel perficere. O ali
thia dn̄s s. deus / tibi cōtulit. i. dedit concessit / ex inspirato. i. ex re inspirata: hoc est absꝗ tua
spe / vltro. i. sponte ⁊ ꝓpria volūtate ⁊ dispositione vt velis cessare ab ampliori persecutione
istius litis vel cause / hostis. i. tuus aduersarius. s. pseustis / deuictus. i. a te superatus supplis
cat. i. supplex ⁊ depressus efflagitat aut postulat vt etiam cessare velis.

Traicus vates commouit pectine manes
Te moueant lachryme iam tollit cornua phebe
Sol petit occasum frigus succedit opacum
Desine quod restat ne desperatio ledat.

¶ Ista est pars finalis huius operis in qua probat fronesis alithie ꝙ debet tacere iuxta dicta in precedenti textu: ⁊ arguit sic per argumentū a simili. Orpheus commouit inferos sonoritate lyre sue: ergo etiam tu debes commoueri lachrymis pseustis: viso ⁊ considerato ꝙ iam est nox: luna apparere incipit et cornua sua erigere ⁊ propter occasum solis iam frigus incipit terras incolere: ⁊ ergo rogo velis desistere ab vlteriori psecutione ne iste pseustis ducatur in desperationē. ¶ Aduertendū est hic ꝙ fronesis hic ponit persuasiones ad probandum intentum suum: intendit enim probare ꝙ alithia debet parcere pseustim: ⁊ ab incepto misericorditer desistere. Tres fuerunt posite in textu precedenti. Prima in duobus primis versibus. Secūda in tertio. Tertia qñ dicitur. Deuictus supplicat hostis. hic autē ad idem alie subiunguntur. Prima que tangit in primo versu. Quia orpheus. ⁊c. Secunda quando dicitur. Te moueant lachryme. ⁊c. Debemus eni esse misericordes ⁊ pij: sicut pater noster deus misericors est. Tertia quādo dicit. Jam tollit. ⁊c. Ubi ostenditur ꝙ hora non est apta vel tempus ad continuandum istam litem. Quarto quando dicitur. Sol petit occasum. ⁊c. Et est quasi eadem cum priori. Et confirmatur quando subiungitur. Frigus succedit. ⁊c. Ultima tangitur in vltimo versu vbi ipsa fronesis rogat alithiam sororem suam dicens. Desine quod restat. ¶ Sciendum est secundo quo ad primum versum nostri textus ꝙ per vatē traiciū intelligimus orpheum: de quo multa dixi superius in illo textu. Certauere sequi. ⁊c. vbi dictum est ꝙ vt recuperaret vxorem suā ipse descendit ad inferos: ⁊ melodia sue cythare ipsos etiam infernales mulsit. id est commouit. ¶ Sciendum est tertio circa vltimū metrum ꝙ illud sic potest exponi. O alithia desine: hoc est cessa dicere plura ne desperatio ledat istum pseustim quod restat si plura dixeris: restat certe vt ipse in desperationem incidat ¶ Aliter intelligitur sic. Desine illud quod nunc restat dicere. id est quod superest modo tibi ad dicendum: scimus enim ꝙ multa adhuc per te restant dicenda. ¶ Tertio modo legitur sic. Desine ne desperatio ledat te sicut lesit Joachim ⁊ Judam. Ultimo modo potest sic legi. Desine plura dicere disputando contra pseustim quod restat. id est quod superest discurrendo scilicet per materiam euangelij: ⁊ totius noui testamenti: ne desperatio ledat ipsum pseustim aduersarium tuum: qui iam victum se sponte ⁊ suppliciter confitetur. ¶ Ultimo considerandum est circa expositionem terminorum huius partis. Traicius potest scribi per a in tertia littera vel per u. Unde Boetius de cōsolatione philosophie dicit. Ut si traicio boreas emissus ab antro. ⁊c. Et dicit de tracio regione: ⁊ istius populi terra dicitur trax de quibus dicit virg. iij. eneid. Traces erant acri quondam regnata ligurgo. ⁊c. Inde tracensis dicitur. Uates quādoq₃ sumitur pro propheta: vt in hymno beati iohannis baptiste: vbi dicitur. Maxime vatum. Quandoq₃ sumitur pro quacūq₃ diuinatione. Inde vaticinor et vaticinium. Uates igitur primo dicitur quasi vas theos. id est dei. Aliquādo capitur pro poeta vt hic. Commouere componitur de con prepositione inseparabili ⁊ mouere. Pecten est equiuocum: vt patet per Ebrardum in Grecismo: vbi dicit sic. Pecten agit telas lendes trahit. ⁊c. Et hic capitur pro cythara. Manes dicuntur anime infernales: ⁊ dicuntur quasi amene per defectum: quia deficiunt bono loco. Uel amene per contrarium: quia sint clare sed ꝙ semper tenebrose. Te est pronomen primitiuum secunde persone. Mouere actiuum est. Inde motus motior: moto motas/mobilis: ⁊ multa alia deriuantur. Lachryme habet singularē hec lachryma. Jam componitur: vt iamiam. Tollere est eleuare/erigere/efferre. Cornu est equiuocum: vt in equiuocis. Pars crucis est cornu terrena potētia cornu. ⁊c. hic capitur pro vna parte extrema lune: acuta ⁊ curua ad modū cornu aīalis. Qualiter declinatur: patet per alexandrum in suo doctrinali/ibi. Cornua mutantur. ⁊c. Phebe est luna: ⁊ dicitur a phebos vel a phos quod est lux vel ignis: ⁊ est nomen grecum. Et declinat hec phebe phebes. Sol dicitur quasi super omnia lucens: vt dictum est circa secundum metrum huius libri. Peto est actiuum. Inde appeto/suppeto/impeto/competo: composita. inde petior et petitio: petitus/a/um. Occasus/sus/sui: deriuatur ab occido media breui: quod componitur de ob ⁊ cado. Frigus dicitur de frigo frigis: vel de frigeo friges. Opacus secundum Catholicon dicitur ab ops terra. id est obscurus: ⁊ dicitur quasi celo opertus: ethymologia est et declinatur opacus opaca opacum. et comparat opacus/or/mus. Et inde opacare. id est condensare/obseruare: ⁊ est actiuum: inde opacitas. Succedere componitur de sub ⁊ cedo. Desine de de/⁊ sino/is. componitur quod habet in preterito desini vel desij desitum: ⁊ reddit propositionem exponibilem: vt dicunt logici de materia incipit ⁊ desinit. ⁊c. quod est nomen infinitum. Resto componitur de re prepositione inseparabili ⁊ sto stas. Ne aduerbium est prohibendi. Desperatio dicitur de despero desperas/desperare: quod cōponit de deorsum ⁊ spero quod dicitur de spes. Ledere notum est. inde lesus ⁊ lesio: ⁊ illido/allido: composita. ¶ Construe. Uates. i. poeta/traicius sic dictus a loco scilicet orpheus: cōmouit ma=

nes.id est animas infernales:pectine.id est cum cythara.O alithia lachryme isti⁹ speustis: moueant te phebe.id est luna tollit iam cornua sua/sol petit occasum frigus opacum.ab effectu succedit.id est subsequitur.Et ergo desine illud quod restat:ne desperatio ledat eum: ad sensum dictum prius.Et per ista taliter qualiter expedita est lectura theodoli:vbi pseustis per quē intelligitur falsitas:superatus est ab alithia.id est a veritate:⁊ diabolus a deo: qui dignatus est pro nobis assūmere carnem humanam ⁊ predicare ⁊ dare nobis legē euāgelicam per quem aperta est nobis eterne vite ianua:quam nobis concedat deus ille gloriosus qui est via veritas ⁊ vita.Amen.

¶ Sanctissima explanatio Theodoli finit feliciter. Impensis honesti viri wynandi de worde Londonijs in vico vulgariter nuncupato (the fletestrete) sub intersignio solis cōmorantis. Anno domini Millesimo quingētesimo decimoquito Die vero.x.mensis Martij.

W C

· de ·

wynkyn worde.